

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.



Nr. Presides.

1. Waldschmidt - De relationibus judicium partibus communicandis vel non communicandis.
2. Martini - transmissione actorum.
3. Reinhardt - transmissionis actorum jure et abusu.
4. Moier - Sententia judicium in causis civilibus.
5. Falchner - Sententia.
6. Wildvogel - sententia conditionali.
7. Decker - nullitate sententiae.
8. Leser - nullitatibus sententiarum.
9. Heberer - decreto confirmatorio.
10. Lütlich - primo et secundo decreto.
11. Rüdinger - appellationibus.
12. Bechmann - appellationibus interponendis.
13. a Sode - salutari appellationum remedio.
14. Born - remedio appellationis.
15. Charifius - appellationibus.
16. Toellmann - appellationibus.
17. Bruchner - remedio contra sentent. in possess. sustinend.
18. Cuelius - re judicata.
19. Plato - appellatione prohibita.
20. Eyben - ad cap. 58 X. de appellat.
21. Wildvogel - appellatione per saltum.
22. Schubert - adhesionem appellationis.
23. Heberer - apostolis.
24. Göttsche - jure apostolorum.
25. Wisler - fatalibus appellationum.
26. Dreht - fatali interponenda appellationum.
27. Schleusing - multa frivole appellanti b. imponenda.



17.	Brasiles	De desertione appellationis.
28.	Zieyler	- causis in foro sicco non appellabilibus.
29.	Furwergu	- appellationibus saxonibus.
30.	Friese	- iudiciis silesie in appellabilibus.
31.	Wirdt	- remediis contra sententias ob summam
32.	ph	litis non appellabiles competentibus.
	Jambo	- attentatis.
34.	Schroeter	- executione.
35.	Heunisch	- executione sententiae contra tertium.
36.	Muncher	- executione sententiae pendente appellat.
37.	Palahner	- imperfis.
38.	Heinhardt	- res alienata et sumtus litis suppeditanti
39.	Steuigt	- victore litis.
40.	Harting	- avocatione caesarium.
41.	Besmann	- transactionibus inutilibus.
42.	Mehlbaum	- transactionibus.
43.	Pentel	- iure rescindendi transactionem.
44.	Joelhausen	- transactionibus.
45.	Schwenner	- prohibitis transactionibus.
46.	Shode	- rescindenda transactione.
47.	Heintz	- transactionibus.
48.	Hellfeldt	- eo quod ob species noviter repertas circ. transit. iuris.
49.	Schroter	- remedio restitut. in integrum.
50.	Benger	- restitut. in integr. ob reverentiam denegata.
51.	Kiver	- restitut. in integrum.
52.	Rittershusius	- restitut. in integrum ex dolo malo.
53.	Boch	- remedio iur. extraord. minoribus es. am. comp.
54.	Fleischer	- minorum restit. in int. maioribus proficua.
55.	Mylkus	- restitut. in int. ex capite d. p. r. r. r. r.
56.	Schacher	- beneficio restitut. in int. quod vi aut clauze



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

DE
SENTENTIIS

QUAM
PRÆSIDE DEO TER OPT: MAX:

DECRETO ET AUCTORITATE
MAGNIFICI ET NOBILISSIMI RECTOR.
ORDINIS ALMÆ ALT DORFFINÆ,

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE
HONORIBUS, DIGNITATIBUS AC PRIVI.
LEGIIS DOCTORALIBUS RITE
ADIPISCENDIS

Placidæ Eruditorum Censuræ subjicit

Ad D. 29. Martij

CONRADUS FALCKNER
LAUFA-NORICUS.

ALTDORFFI

LITERIS GEORGI HAGEN UNIVERSITATIS
TYPOGRAPHI,

A. O. R.
clō Ioc LX.

VIRIS
MAGNIFICA AUTORITATE, PERSTRE-
NUA NOBILITATE, AMPLISSIMA
DIGNITATE
ET
PRUDENTI RERUM USU ILLUSTRIBUS.

- DN. BURCKHARDO Löffelholz à Kolberg.
DN. CHRISTOPHORO Derzer ab Unterbürg.
DN. LEONHARDO Grundherz.
DN. GEORGIO CHRISTOPHORO Böhheim.
DN. JODOCO CHRISTOPHORO Kres à Kressenstein
in Neßelsdorff & Dürrenmungenau.
DN. GEORGIO PAULO Im Hof.
DN. GEORGIO SIGISMUNDO Führer ab Haimendorf
& Steinbüchel.
DN. SEBALDO Welsch.
DN. JODOCO WILHELMO Ebner.
DN. CAROLO ERASMO Tezel à Kirchensittenbach.
DN. WOLFGANGO JACOBO Pömer.

PRÆPOTENTIS REIPUBLICÆ NORINBERGEN-
SIS DUUMVIRIS, TRIUMVIRO, SEPTEMVIRIS,
SCHOLARCHIS, PROVINCIALIBUS AC SENA-
TORIBUS, PATRIÆ PATRIBUS EMINENTISSIMIS,
DOMINIS SUIB BENIGNISSIMIS.

Disputatione hâc Inaugurali

*Debita sua servitia, eâ quâ par est animi submissione & ob-
servantia defert seq; commendat.*

CONRADUS FALCKNER
Laufa Noricus.





QUOD TRIUNUS BENE VERTAT!

PROOEMIUM.

SI monitore Paulo 7 Cto in L. 25. ff. de liberat. legat. pleni-
 us attingenda, qua sunt quotidiana & Imper. Leon. Const. 46.
 eares ventilanda, qua usu & utilitate Remp. beant, maximè hic
 se sistit Sententia materia. Quàm dignitate enim ampla, quàm
 usu frequens, quàmq; utilitate fructuosa sit, vel me tacente satis superq;
 docet quotidiana forensium causarum experientia. Huic uni tanquam
 sua domina omnes ferè ancillantur materia. Omnes quippe eò colli-
 mant, ut lites sopiantur, & cuiq; suum tribuatur, quod aureò sententia-
 rum remediò utiq; contingit. Sententia enim ne lites fiant immortales,
 & partes ultra modum graventur laboribus & expensis c. finem litib.
 §. & c. venerabilis. ult. extr. de dol. & contum. litis decisionem tã-
 quam scopum exosculatur avidè. Cum igitur sententiarum hæc mate-
 ria cæteris aliis Judicii partibus dignior, eò quod finis laborum judici-
 alium, messis processus, Victoria certaminis & conciliatio discordia
 sit, opera pretium me facturum existimavi, si breviter prolixam hanc
 materiam variis in locis Juris Civ. Canonici, Ordinationis Camera
 Imperialis & novissimarum Imperii Constitutionum dispersam in ali-
 quot thesimum fasciculum colligerem, potissimasq; quaestiones hic venti-
 landas primis saltem labiis attingerem. Quod dum facio, sit votum:
 Succedat feliciter quod summæ Trinitatis favore inceptum L. 2. §. 1.
 de vet. jur. enuel

THESIS I.

UT igitur instituti mei, intermisso ul-
 teriori præloquio, faciam exordium, & rem hanc
 ab ipso origine repetam, non erit inconveniens
 præmittere & excutere nomen sententiæ, cum secundum

Primo o-
 mnium
 necesse est
 præmittere
 re & ex-
 cutere no-
 men sen-
 tentiæ.



*Gell. lib. 13. Noct. Attic. rerum intelligentia à verborum de-
pendeat intellectu: Nemo enim res benè intelligit, nisi ver-
ba prius cognoverit, Arist. lib. 1. analyt. poster. c. 1. Et Ulp.
asserit, Juri operam daturum prius nosse oportet, unde nos-
men Juris descendat. L. 1. pr. ff. de J. & J.*

*Diversa
vocabuli
sententia
significa-
tiones*

II. Est itaq; vocabulum sententiæ πολυσημον & diver-
sas, uti in aprico est, in jure nostro habet significationes:
Accipitur enim 1. generaliter & communiter pro unius-
cujusq; sensu, uti sæpissimè in Legibus invenitur, quando
Jcti loquuntur de sententia, i. e. intellectu legis, item de
sententia Prætoris. 2. pro firma & indubitata responsione
Prudentum, à quâ Judici olim recedere non licuit, §. 8. J.
de J. N. G. & Civ. 3. Sumitur aliquando pro consensu & vo-
luntate. L. ult. vers. sed ne quis: C. ubi & ap. quem cogn. in in-
tegr. & c. ubi arbitri dantur ex communi sententia, i. e. cõ-
sensu electi, in hoc sensu etiam accipitur in L. 1. §. 3. ff. de
pact. 4. pro consilio, ut in L. f. §. 1. de senat. nbi Senatores
in senatu sententiam dicere, i. e. consilium dare posse Ulp.
ait. 5. Denotat formam, veluti cum dicitur in L. 7. ff. de in-
tegr. restit. Divum Antoninum in hanc sententiam, i. e.
formam rescripsisse. 6. Accipitur pro ultima voluntate
L. 15. ff. de trit. vin. vel ol. leg. L. 3. §. 9. ff. de adim. vel. transf.
leg. 7. Pro Deportatione, ut in L. f. §. f. C. de sent. pass. per
metony: subjecti. 8. pro admonitione, ut in L. 25. §. 1. L.
33. in pr. L. 37. §. 2. C. de Ep. & Cler. Deniq; 9. magis pro-
priè sumitur pro decisione rei litigiosæ à Judice facta. L. 29.
§. 1. ff. de min. L. 27. pr. ff. de pæn. L. 3. C. de ped. Jud.

*Unde di-
catur.*

III. Quæ posterior significatio hujus est loci; senten-
tiam enim hìc accipimus prout in foro sumitur, diciturq;
sententia à sentiendo, quia Judex judicando dicit quod sen-
tit, indeq; lites partium definit ac determinat L. 8. §. 3. ff. de
serv. vind. Rosb: in Prax. Civil. tit. de sentent. 71. n. 1.

IV. Apud

IV. Apud Gallos, supremarum Curiarum sive Parliamentorum sententiæ dicuntur Arresta, ab arrestre, quod significat gradum inhibere, sistere, eò, quod oporteat illis acquiescere, Germanis Sententia dicitur Ein urtheil/beschheid.

Apud Gallos sententia dicuntur Arresta.

V. Differt à Præcepto, Decreto & Multa: Præceptum enim ante litis contestationem, L. 25. ff. de R. V. sententia verò post iudicium captum fertur, L. 1. C. de exec. rei jud. Decretum non in iudicio ordinario post plenam causæ cognitionem, sed causâ summarie cognitâ, non officio Judicis mercenario, veluti sententia, arg. L. 55. ff. de re jud. sed nobili interponitur, arg. L. f. §. f. ff. quod met. causa. l. 8. ff. de edend. Multa deniq; extr. iudicium indicatur, iudexq; hujus impositione suo functus officio non dicitur, quod secus in sententia, arg. l. 6. in f. ff. de offic. presid. Sententia verò & Res iudicata, quomodo differant, vid. Judiciosissimū Bach. ad Tr. Vol. 2. Disp. 23. th. 1. lit. A.

Quomodo differt à Præcepto, Decreto & Multa

VI. Perspectâ sententiæ Etymologiâ, notatione, ejusdemq; varia significatione gressus venit dirigendus ad Definitionem seu potius descriptionem, de quâ Dd. non una est mens, uti hoc patet ex Specul. de sentent. pr. Marant. eod. n. 1. Nobis illa arridet Alicon. Ummii Disp. ad Process. Judic. 19. th. 4. n. 14. Quod sit pronuntiatio Judicis causæ controversæ decisionem continens, laudatâ à Magnif. Dn. Ludwello Præceptore ac Patrono meo filiali observantia de venerando in Syn. Process. jud. c. 29.

Definitio Sententiæ.

VII. Definitionem probè excipit divisio: Plus enim quam tritum est, definitionibus divisiones surrogari, iisq; miram in illustrandis rebus vim inesse. Communiter autem Doctoribus placet bimembris sententiæ divisio in Interlocutoriâ, vulgò Ein Bescheid/Bey-oder vorurtheil/& Definitivam, Abschied/Endsbescheid. Atq; hinc in conclusione

Divisio.

interlocutoria zum Bescheid gesetzt; Definitiva verò zum urtheil geschlossen dicitur.

Interlocutoria aequè ac definitiva nomine indigitatur.
VIII, Divisio autem hæc non est vocabuli æquivoci in sua æquivocata, ita censentibus *Zæf. ad ff. de re jud. nu. 2. Perez. in C. de sent. & interl. n. 1.* sed generis in proprias suas species. Interlocutoria enim æquè ac definitiva sententiæ nomine expressè indigitatur in *l. 39. pr. ff. de minor. & definitio proximè antecedenstàm illi quàm huic competit, quid, quod hinc inde verba: definitiva sententia: conjugantur ut in l. 11. l. ult. C. de sent. & interl. quod ineptè fieret, si nomine sententiæ non nisi definitiva veniret Dn. Ludw. d. c. 29. & in Not. ad West. t. de re jud. n. 4.* Differentias autem inter has sententias deprehendes apud *Rosb. d. t. 71. n. 8. usq; ad n. 16.* pluresq; congeffit *Marant. in spec. aur. part. 6. de sent. n. 3. & seqq.* quò lectorem brevitatis studio remittimus.

An laudū sive pronūciatio Arbitri sententia appellacione veniat?
IX. De Laudo sive pronunciatione Arbitri hîc, an sententiæ appellacione veniat, in dubium vocari solet. Sed sciendum in primis, Arbitros in duplici esse differentia: vel â Lege aut Statuto vel Judice constituuntur, & Arbitri juris, quasi â Jure constituti & ordinati dicuntur, vel â Privatis eliguntur, & iterum distinguuntur in Arbitros in specie sic dictos & Arbitratores. Arbitri in specie sic dicti sive compromissarii sunt, in quorum sententiam vel decisionem partes sub poenæ stipulatione compromiserunt. Arbitratores sunt amicabiles compositores, qui juris solennibus non observatis ex bono & æquo pronunciant.

X. Hisce præmissis, dicimus, pronunciatum Arbitri juris, qui propriè est Judex, non injuriâ nomine sententiæ venire, quomodo etiam passim sub *tit. de arbitr.* appellatur. Pronunciatum verò Arbitri in specie sic dicti, sive Compromissarii & Arbitratoris, quippe privatâ conventionem
con.

constituti, sententiæ nomen mereri non videtur: & huc respexit Jctus, dum ait: non per omnia esse sententiam in *L. 13. §. 5. de hi. qui not. inf. Bach. d. loc.*

XI. Definitiva sententia, quæ etiam terminalis dicitur in *Quid De- L. ult. C. de compens. intentionem iurgiumq; terminans L. 21. definitiva? C. de appell. est, quæ ipsam principalem controversiam determinat, l. 8. C. de exec. rei jud. l. 6. pr. C. de appell. Rosb. d. t. 71. n. 2. ubi etiam n. 30. hujus sententiæ formulam invenies. Hinc tamen non nego, etiam interlocutoriam Definitivam rectè dici posse, siquidem respectu ejus articuli, super quo fertur, plena censetur decisio, arg. l. 14. ff. de re judic. Istam tamen in specie & per excellentiam Definitivam appellito, quia illud negotium, cujus causa principaliter in judicium itur, determinat *Gail. 1. observ. 129. n. 2.**

XII. Interlocutoria est, quæ super emergenti vel *Quid in- incidenti quæstione sive articulo aliquo, dum principale terlocuto- negotium pendet, interloquendo fertur Gail. d. obs. 129. n. 2. ria?* v. gr. partes quando inter se disceptant, an dilatio sit concedenda, & Judex eam concedendam esse, pronunciet, interloqui dicitur. Et interlocutioni huic nullo ordine Iudicario servato locus est, non tantùm post litem contestatam, & finem causæ, usq; ad ultimum executionis rei judicatæ punctum in omnibus instantiis, arg. l. 15. §. 2. ff. de re jud. verùm etiam ante judicium cœptum sive litis contestationē. Omnis enim vox Judicis faciens ad causam est interlocutoria, *Dn. Ludw. d. S. P. J. c. 15. Rosb. d. t. n. 3. ubi & n. 31. hujus sent. tradit formulam.*

XIII. Vi verbi rursus Interlocutoria dividitur in *Divisio in- terlocuto- simplicem sive meram, & mixtam. Simplex est, quæ in fi- ria in sim- nibus interlocutoria simpliciter consistit & permanet. plicem & Mixta est, quæ ulterius progrediens vim definitivæ obtinet, mixtam. eoq; definitivæ æquiparatur, tum quoad formam interpo- nendæ*

nendæ appellacionis, tùm quoad alios effectus juris *Ord. Cam. part. 2. t. 29.* Vim autem definitivæ obtinere dicitur omnis interlocutoria, quæ vel non sperat aliam sententiam post se, vel per quam expirat officium Judicis, aut quæ causæ principalis substantialem decidit articulum *Dn. Ludw. S. P. 7. d. c. 15.* ibiq; ab eo allegati *Dd.*

XIV. Haftenus vidimus Etymologiam, notationes^a ejusdemq; varias significaciones, Definitionem & Divisiones. Nunc ad pleniorum intellectum, secundum ductum Philosophorum, devenimus ad Causam Efficientem, Materialem, Formalem & Finale. Causa efficiens est Judex *Sententia l. 1. & passim. ff. de re. jud.* Neq; enim alius controversias in *causa Effi-* iudicio motas dirimit, quam Judex & quidem competens^a *ciens. l. 28. ff. d. t.* & ad suscipiendum iudicandi officium idoneus *l. 3. ff. d. t.* Nam qui jurisdictionem non habent, aut incompetentes sunt, frustra pronunciant *l. 1. § 3. C. de jurisdic. omni. jud. Gail. 1. obs. 42. n. 9. cum seqq.* Ut autem constet, qui ad sententiandum sint habiles, paucis, quibus in genere facultas hæc denegata, & qui Judicis partibus defungi prohibentur, delineandum erit.

XV. Prohibentur autem vel ob inhabilitatem generalem, vel specialem. Ob inhabilitatem generalem alii naturâ, alii Lege, alii moribus. Naturâ iterum prohibentur *Prohiben-* vel ob defectum animi, ut impuberes, perpetuò furiosi & *tur ferre* morbo sonico laborantes, vel Corporis, ut surdi & muti. *sententiã* *alii natu-* *ra alii LL* *alii mori-* *bis.* *Naturâ,* *impuberes* *furiosi,* *morbo son-* *tico labo-* *rantes, sur-* *di & muti* quoniam omnes, qui his vitiis ac morbis laborant, alienâ curâ indigentes, ne suis rebus quidem superesse possunt. §. 4. *Inst. de curat. l. 8. §. f. & l. 12. ff. de Tut. & Cur. dat. & c.* Idq; adeò verum est, ut si maxime à Principe tales personæ, tanquam defectu naturali laborantes, iudices darentur, tamen iudicare non possent, cum id, quod per rerum naturam non valet, Principis rescripto

scripto non conualecat *Clem. Pastoralis. de sent. & re jud. §. 11. J. de J. N. G. & Civ. Dn. Ludw. S. P. J. c. 2. Rosb. t. 4. n. 12.*

XVI. An idem de cæco dicendum, non satis con-
venit inter Dd. Nos Judicem esse posse existimamus per-
expressum *ix. in l. 6 ff. de judic. ratio: quia judicandi* *Q? An Cæ-*
munus consilio magis, quam corpore expleatur *l. 2. §. 7. ff.* *cus possit*
de vac. & exc. muner. & mentis cæcitas, quam furorem vo- *esse Judex*
cat Cic. 3 Tuscul. non oculorum judicio sit impedimento.
Imò Philosophi quidam se ipsos excæcarunt, ut rerum in-
dagationi vacarent: nec oculis, sed linguâ, sed auribus ju-
dicatur, affectibusq; cæcus minùs ducitur *Danz. lib. 17. com.*
24 lit. N. Quamvis fortassis cum *Bach.* negari vix possit,
quin contra talem Judicem excipi à partibus possit, quod à
cæco multa minus commodè expediri queant, iis præsertim
in casibus, in quibus aspectus Judicis requiritur. Hodie
cum magna ex parte Magistratus ipsi judicent, hæc quæstio
ferè sopita videtur *Dn. Lud. S. P. J. d. c. 2.*

XVII. Lege prohibetur i. Juris & rerum prorsus *Lege i. pro*
imperitus *l. 14. verb. Legum observatione. C. de judic.* Huc fa- *hibetur*
cit etiam *Nov. 82. pr.* quâ Justin. in Judicibus requirit periti- *Juris &*
am Juris, nec aliundè vult emendicare, ut ipse loquitur, *rerum*
judicandi honestatem: uti hoc plenius patet *infr. ex th. 76. prorsus*
Notanter autem ex *d. Nov. 82.* addidi: *& rerum imperitus:* *imperitus.*
quia interdum fieri potest, ut, etiamsi quis LL. sit imperitus,
rei tamen, de quâ judicandum est, experientiam & notitiâ
habeat. Hinc militibus de re militari jus dicere permissum,
l. pen. C. de judic. l. f. C. de re milit. Quod idem etiam in
mercatoribus, de rebus ad mercaturam pertinentibus, in
Artificibus, de rebus artificii sui, obtinet *l. 6. & l. f. C. de Ju-*
risd. l. 12. ff. de stat. hom. suæ enim quisq; artis & auctor &
disceptator est optimus: unde illud: *Peritis in arte creden-*
dum d. l. 12. de stat. hom. Dn. Lud. S. P. J. d. c. 2. & in prælect. publ.
ad l. 17. C. de judic. Rosb. d. t. 4 n. 17.

B

XVIII.

2.min.
18.annis.

XVIII. 2. Minor 18. annis *l. 57. ff. de re jud.* nisi Liti-
gatores in Judicem datum 18. annis minorem scienter con-
sentiant. Datio enim judicis minoris partium consensu po-
test confirmari *d. l. 57.* ibi: *scientibus his*: item ibi: *consen-*
tientibus: quàmvis privatorum consensus Jurisdictionem
non tribuat *l. 3. C. de juris d.* quomodo etiam *d. l. 57.* accipit
Accurs. in l. 12. ff. de stat. hom. ubi quatuor ætates distinguit
1. impuberis planè inhabilis, i. e. qui minor 14. annis 2. pu-
beris usq; ad 18. annum, qui habilis ex consensu partium, vel
si à Principe datus sit, quia videtur cum eo dispensare, si æ-
tatem sciverit. 3. usq; ad 20. annum, habilis etiam citra
partium consensum, ut tamen sententiam dicere non co-
gatur *l. 41. ff. de recept. qui arbi.* & 4. Deniq; post vigesimū
annum simpliciter habilis, ut etiam cogi possit, nisi quod, u-
bi periculum læsionis est, ipsi restitutionem implorare per-
missum. *d. l. 41.* Quod Jus Can. attinet, expeditum est, ma-
jorem 20. indistinctè, majorem 18. annis verò tum demū,
si litigantes in eum consenserint, judicem dari posse *c. cum*
vigesimum. 41. extr. de off. & potestat. jud. deleg. Bach, ad Tr.
V. 1. D. 12. th. 7. lit. E.

3. infamis.

XIX. 3. Prohibetur infamis *d. l. 12. §. 2 ff. de judic. ra-*
tio est, quia judicandi munus est dignitas quædam *l. ult. C.*
quand. provoca. non est necess. l. 1. ad L. Jul. de vi priv. jam ve-
rò famosis & notatis, & quos scelus aut vitæ turpitude in-
quinat, dignitatis portæ non pateant, ut ait *l. 2. C. de dignit.*
Repugnat enim infamen esse & in dignitate constitutum.
Ro. b. d. t. 4 n. 15.

XX. Prohibetur igitur Senatu motus *d. l. 12. §. 2. de*
judic. is scil. qui ob turpitudinem est motus, nisi sit restitui-
tus *l. 2. ff. de Senat.* vel tempus condemnationis elapsum *l. 3.*
§. 1. ff. de decur. Propterea tamen à personalibus itemq; pa-
trimonialibus muneribus vacationem non habet, *l. un. C.*
de

de infam. ne malè feriatis hominibus in commodum cedat,
quod deberet in poenam retorqueri, *Juxta t. x. in c. et si. 5. extr.*
de donat. inter vir. & ux.

XXI. Excommunicatus etiam notorius jure prohi-
betur esse Judex *c. ad probandum. 24. extr. de sent. & re jud.*
ne partes cogantur cum eo communicare in animæ suæ de-
trimentum. Quod si ignota sit excommunicatio, *notat.*
glos. in d. c. 24. valere quicquid interim ab ipso gestum est,
c. apostolica. 9. & ibi gl. extr. de cler. excom. Item de bannitis,
illos Judices esse non posse, statuendum, saltem si de ban-
nitis Imperii nostri quæstio sit: Privantur enim illi omni
juris communione, uti docet *Ord. Cam. part. 2. §. 9. So jez*
mandts: vers. Sollen. Umm. d. Process. D. 1. th. 8. n. 52.

XXII. Moribus deniq; Judices esse impediuntur Fœ- *Moribus*
minæ & Servi *d. l. 12. §. 2. vers. moribus. ff. de judic. l. 2. pr. de* *prohiben-*
R. 7. ratio in Fœminis est, ne contra pudicitiam muliebri *tur fœmi-*
sexui congruentem in publicum prodeant, & virilia offi- *na & servi.*
cia tractent *l. 1. §. 5. vers. sexum. ff. de postul.* Quas conditio
naturæ & verecundiæ stola ut in foro & judiciis taceant, co-
hibere debet *Val. Max. cap. 3. lib. 8.* Verùm quod moribus
introducendum erat, contrariis moribus iterum est abrogatū,
si scil. Fœminæ vel jure hereditario, vel consuetudine vel
Lege aliquâ municipali jurisdictionem exerceant. *c. dilecti.*
4. extr. de arbitr. Exemplum est in Abbatissa *c. dilecta. 12.*
extr. de m. rit. & obedient. In Elisabetha Angliæ Regina,
& admodum nuper in Christina Regina Sueciæ. Plura hu-
jusmodi exempla omnis ferè ævi petere licet ex *Tiraquell. de*
jur. primog. q. 10. Umm. d. D. 1. th. 8. n. 53.

XXIII. In Servis ratio est, quia juris Civ. sunt incapa-
ces & pro nullis & mortuis habentur *l. 32. ff. de Reg. 7.*
l. 59. in f. ff. de condict. & demonstr. Intellige si constite-
rit ipsos servos esse: Nam si communiter liber reputatus

in Judicem eligatur, ejus sententia propter utilitatem publicam omnium Civium, qui apud eum egerunt, favorabiliter sustinetur, ne absque culpa puniantur, & lites sententiâ sopitæ cum præjudicio aliorum, qui citra suam culpâ ejus opera usi sunt, iterum suscitentur *l. 3. ff. de offic. prætor.* Hinc Dd. colligunt communiter, gesta à Magistratu falso, qui publicè pro verò habitus, esse firma. Nō

Error communis non facit jus. verò ex *ead. l. 3.* rectè inducitur, Communem errorem jus facere. *Dn. Ludw. in N. W. d. t. Everh. Bronch. évayhoφ. cent. 1. ass. 12.*

Ferre sententiam etiam prohibentur Suspecti.

XXIV. Ob specialem inhabilitatem tandem prohibentur suspecti, quippe omnes lites sine suspicione procedere debent *l. 16. C. de jud.* durum enim & periculosum est, coram suspecto Judice litigare *c. cum inter. 5. extr. de except. c. quod suspecti. 3. q. 5. c. secundo. 41. in f. ff. de appell.* Quod expeditum in Judice Delegato, cum de eò apertissimè agat *d. l. 16. C. de Judic.* Verùm & ordinarium rectè recusari posse putamus, tùm propter generalitatem *tx. d. l. 16.* quod scil. lites sine suspicione procedere debeant, quæ ratio etiam obtinet in ordinario, tùm propter *l. 9. in pr. ff. de liber. causa.* maximè cùm etiam judex delegatus à Principe, qui tamen quovis ordinario est major, & vice Principis ipsius judicat, æquè ac alius possit removeri *d. l. 16.* utiq; si justa & legitima suspicionis causa subsit. *c. secundo. 41. §. tertio postulas. c. cum speciali. 61. extr. de appell. add. Myns. c. 3. obs. 63. Dn. Lud. in d. prælect. publ. ad l. 16. & seqq. auth. si verò contig. C. de judic. Arum. D. ad π. 7. th. 10.*

Causæ Judicem suspectum reddentes.

XXV. Causæ autem quæ Judicem suspectum reddunt, variæ sunt, puta, si commodum vel incommodum ex causa ad judicem pertineat *l. 17. ff. de judic. l. un. C. ne quis in sua causa jud.* & c. inimicitia. *l. 9. pr. vers. quod si. ff. de liber. causa d. c. secundo. 41. §. tertio postul. extr. de appell.* singularis gratia

tia, conjunctio, amicitia, *l. 10. ff. de jurisd.* & similes, quas vid.
ap. Umm. d. D. 1. tb. 9. n. 58. & Marant qui quadraginta enu-
merat *parte 6. n. 27. de appell.* Non tamen obest Patria pote-
stas, quò minus, admittente adversario, filiusfam. possit es-
se Judex in causis Patris vel Pater in causis filii *l. 77. & 78. ff.*
de judic. Nobilissimus Dn. Georg. Adamus Struv / *Illustre, Illu-*
stris Academia Jenensis, sidus, Præceptor olim meus sanctè venes-
randus in Syntag. Jurispr. Disp. 9. th. 11. add. Gail. 1. obs. 33.

XXVI. Allegatio verò & probatio causæ fieri debet
coram arbitris, qui sumuntur ad examinandas recusatio-
nis causas, & quidem ante litem contestatam, tùm quod ali-
às in judicem suspectum consensisse & recusationi renun-
ciasse videatur, *arg. l. 18. ff. de Jurisdic.* tùm quod hæc ex-
ceptio Judicis dilatoria sit, adeoq; ante litem contestatam
opponenda *L. 13. C. de procur.* Nisi fortè nova emerse-
rit causa, quæ antea nulla erat *L. 17. ff. de Judic.* aut ante
quid: extiterit, sed incognita *c. postoralis. 4. extr. de except.*
tùm enim ea quocunq; tempore rectè allegatur, modò pro-
bari possit *d. L. 16. & L. f. C. de ludic. c. suspicionis, 39. extr.*
de offic. & potestat. Judic. deleg.

XXVII. Expositâ causâ efficiente, proximo ordine *Sententiæ*
ratione instituti cognoscenda venit Causa materialis, quæ *causama-*
est omnis res, in disceptationem Judiciale deducta per Li- *terialis.*
bellum, & ex consequenti totus Processus super ea fabrica-
tus *Wesemb. in w. de re jud. n. 8.* quia ex illo processu & causa
in eo contenta fit sententia definitiva, & propterea tenor
libelli est inferendus, ad hoc, ut ipsa causa materialis appa-
reat expressa in sententia *Marant. in spec. aur. p. 6. de sent. n.*
56. Ultra id autem, ut ait Jctus, quod in judicium deductū
est, excedere potestas Judicis non potest *l. 18. ff. comm. divid.*
quia hoc solùm inter litigatores est controversum.

XXVIII. Hic operosa illa decidenda obvenit quæ-
stio

Q? Utrū
Judex cau-
sam, quā
mouetur,
in senten-
tia expri-
mere tene-
atur?

stio: Utrum Judex causam, quā mouetur, in sententia ex-
primere teneatur? ubi negantium castra sequimur, eò, quod
periculosum sit eam inferere, ob innatam hominum disē-
tiendi facultatem. Imò judex cum sit sive debeat esse vir
bonus, sententia à se lata in dubio semper ritè atq; rectè cō-
cepta præsumitur, l. 2. C. de offic. Civil. jud. Dn. Ludw. in d.
praelect. publ. ad L. 13. §. 9. C. de judic.

XXIX. Sufficit igitur si Judex eâ mente quid pronū-
ciet, ut secundum id discedere litigantes à totâ controver-
siâ velit l. 19. §. 1. ff. de recept. arbitr. h. e. si reum vel conde-
mnet vel absoluat l. 1. ff. de re judic. ratio est, ne judex viam
calumniis aperiat c. per tuas. 40. §. nos igitur. extr. de sent. ex-
comm. & una lis sit alterius exordium l. 11. inf. C. de R. C.
Nefas enim est post absolutum dimissumq; judicium litem
alteram confurgere ex primæ litis materia. l. 3. C. de fruct.
& lit. expens. Rosb. d. 171. n. 21.

XXX. Excipiuntur tamen quidam casus, in quibus
judex decidendi rationes exprimere tenetur: puta in cau-
sa appellationis, inepti Libelli, expensarum & similibus:
quando igitur judex causam sententiæ infert, hâc plerumq;
utitur clausula: Das auß dieser und andern mehr beweglichen
ursachen in actis befindlich so viel erscheine/ das beflagter von an-
gestelter klage billig zuentbinden / inmassen wir denselben davon
entbinden und loß zehlen.

XXXI. Sic etiam in Criminalibus causa sententiæ est
exprimenda: v. gr. Daß angeflagter wegen der an N. beganz-
gener entleibung das Leben verwürcket / und daher / vermög Kâi-
ser Carl des V. und des H. Röm. Reichs Halsgericht Ordnung/
unterm 121. articul, mit dem Schwerdt zum tode zu richten sey.

Sententia
causa for-
malis.

XXXII. Causam materiale jure quasi sequitur cau-
sa sententiæ formalis, quæ diligenter est servanda, alio-
quin sententia redditur nulla, & autoritatem rei judicatæ
non

non obtinet *l. 4. C. de sent. & interl.* Antequam autem eò delabimur, sciendum, Formam esse vel internam sive essentialem, vel externam sive accidentalem: Hinc solennitates nonnullæ ad formam internam, quæ dat esse rei, nonnullæ ad externam pertinent, quæ posteriores solennitates ad sententiæ per se consideratae essentiã minimè facere videntur: nota etiam quasdam solennitates sententiæ definitive solùm competere. Forma autem ductu *Marant. d. p. 6. de sent. n. 70.* tripliciter consideratur: Respectu iudicis proferentis, Respectu Litigantium, & Respectu ipsius sententiæ, quam methodum, cum commodissima videatur, imitari lubet.

*Forma
tripliciter
consideratur. Respe-
ctu Iudicis
proferē-
tis, Liti-
gantium
& ipsius
sententiæ.
Respectu
Iudicis re-
quiritur
ut sit com-
petens*

XXXIII. Respectu igitur iudicis, qui potissima est pars, basis & fundamentum iudicii i. requiritur, ut sit competens, *t. t. C. si à non compet. iud.* nec iudicare prohibitus de quo jam *supr. th. 14.* cum seqq. diximus. Quod si enim iudex excedit jurisdictionem, vel conditione loci, puta si extr. territorium suum iudicat *l. 3. ff. de offic. prasid.* vel conditione personæ, puta si in alios, quàm suæ Jurisdictionis subjectos iudicat *auth. habita. C. ne fil. pro patr. vel causæ,* puta si Laicus de causis merè Ecclesiasticis vel viceversa cognoscit *c. decernimus. 2. & c. quando. 3. extr. de iudic.* sententia nullius est ponderis, neq; etiam vires rei iudicatæ accipiet *l. f. ff. de iuris d.* quomodo enim ab eo, qui iudicandi potestatem non habet, iudicatum dici poterit. *l. 1. §. hæc autem. ff. quod quisq; iur.*

XXXIV. Hinc est quod quisq; iudicum jurisdictionem, tanquam potestatis suæ fundamentum, num Ordinarius, Delegatus vel Subdelegatus sit iudex, allegare necesse habet, ut exindè pateat, quanta ipsi iudicatio attributa sit, an id, de quo agitur, ad ipsius jurisdictionem spectet nec ne, alioquin tanquam privatus, nullam penitus habens jurisdictionem

tionem, reputatur *l. 5. ff. de re jud. l. 10. C. de sent. & interl. c. cum olim Abbas. 32. extr. de offic. & potestat. jud. deleg. Gail. 1. obs. 35. n. 4.*

II. Ut ipse
proferat
& partib.
legat sen-
tentiam.

XXXV. 2. Ut ipse, i. e. ore & linguâ propriâ proferat & partibus legat sententiam (quamvis aliâs quod per alium quis facit ipse fecisse videri possit.) Nisi fortè illustris sit persona iudex: Nam tùm per officialem ministerium sibi accommodantem proferri sententiam curare potest *l. 2. C. de sent. ex brev. recit. Nov. 71. c. 1. quod & jur. Can. concessum c. fin. de sent. & re judic. in 6to.* Si plures sunt iudices, sufficit ut unus ex iudicibus, numero plurali, recitet sententiam ex mandato & in præsentia aliorum *c. cum ab uno. 4. de sent. & re jud. in 6to.* In Camera per Protonotarium Juniorem publicatur sententia, quod à jure non discrepat, cum sit Consistorium summi Principis, atq; constet iudice illustri. Hodiè ex stylo Curiarum plerumq; per Actuariû den Gerichts-schreiber ex breviculo recitari solet sententia, quod ex generali toleratur consuetudine, quæ potest in hac solennitate derogare juri positivo *Dn. Ludw. S. P. J. d. c. 29. Rosb. d. t. 71. n. 16.*

III. Ut fe-
rat senten-
tiam pro-
bationib⁹
& allega-
tionibus
partium
auditis &
examina-
tis.

XXXVI. 3. Ferat sententiam non præcipitanter, quippe præcipitantia est noverca justitiæ *Clem. Pastoratis. 2. §. verum. ibi: judicantis & c. d. sent. & re jud.* sed præcedente maturâ causæ cognitione i. e. præviis probationibus cum deliberatione & allegationibus partiû auditis & examinatis *l. 6. §. 1. de offic. presid. l. 9. C. de jud. l. 1. C. de exec. rei jud. l. 2. C. de sent. ex brev. recit.* ideoq; omnis sententia condemnatoria sine causæ cognitione lata, est ipso jure nulla *d. l. 4. C. de sent. & interl.* quia iudex incertus & dubius nihil decernere potest, per negationem autem partis res fit dubia *l. f. C. quib. ad liber. proclam. Rosb. d. t. n. 22. & 23.*

XXXVII. Huc vexata illa pertinet quæstio: An iudex

dex semper secundum acta & probata judicare debeat, etiam
tum temporis, ubi veritati & Judicis conscientiae contra-
riantur? Magis est, salvo tamē aliorum judicio, ut in negan-
tium abeam castra, cum in dubio ea sententia maximē ve-
niat amplectenda, quae animarum saluti tutior sit *l. 43. ff. de
relig. & sumpt. fun.* At hæc est. E. undē in multis Pandecta-
rum locis Judex, prout religio suggerit *l. 79. ff. de judic. pro
animi sui sententia l. 3. §. 1. & 2. ff. de testib.* secundum arbi-
trium *l. 1. §. 3. ad SCt. Turpill.* judicare jubetur, ne aliās ini-
quitatis & injuriæ Autor Judex existat, contra *l. 6. C. unde
vi.* Et nī sequatur conscientiam, mendacio se implicabit,
& vel nocentem absolvet, vel innocentem condemnabit
contra *l. 5. ff. de pœn. Sanctissimus Astrea nostra Sacerdos, Dn.
Lud. in S.P. l. c. 2. circ. fin. & in N.W. t. de probat. & presum.
Arum. D. ad 6. corall. & D. 20. 9. 3.*

XXXVIII. 4 Si plures sunt Judices, requiritur, ut
omnes coram pronuncient, nec uno absente reliquorum
valet sententia, quoniam omnibus commissa est causa co-
gnoscenda & judicanda *l. 37. & 39. ff. de re judic.* Nisi fortē ob
justam aliquam causam, qualis est absentia Reipubl. causa,
morbus, periculum rei familiaris, sacerdotium, &c. *l. 13.
ff. de vac. & excus. muner. l. 18. pr. ff. de judic.* à judicando
excusentur.

XXXIX. Ad causas autem hæc non referimus, si
Judex juraverit, sibi de causa dijudicanda non liquere, eo
ipso enim non in totum à judicādo eximitur, sed tantū ulte-
rius cognoscendi & judicandi spatium consequitur *l. 13. §.
ult. ff. de recept. arbitr.* Planē si ex pluribus Judicibus unus
ita juret, hoc quiescente, reliqui judicant *l. 36. ff. de re judic.*
non quod hic cogi nequeat, sed quia, etsi dissentiret, plu-
rium sententia obtineret *d. l. 36. d. Dn. Ludw. S.P. l. c. 29. Do-
nell. 26. comm. c. 1. lit. D. & E.*

C

XL. Ut

Q. ? An
Index se-
cundum
Acta &
probata,
an verò
secundum
conscien-
tiam judi-
care de-
beat.

IV. Si plu-
res sunt
omnes co-
ram pro-
nuncient.

XL. Ut autem præsentes omnes in unam consentiant sententiam, necesse non est, non enim unius attenditur cōtradictio, sed sufficit, si quilibet, quod sibi de causa videatur, proponat. Et tūm eorum prævalet sententia, quæ numero vincit, ut docet *lctus in l. 100. §. 1. de R. I.* licet collegæ sint dignitate superiores, quoniam scilicet in jure ferendi suffragii eandem authoritatem habent.

XLI. Quod si verò parsit numerus, distinguimus inter Judices Ordinarios, Delegatos & Compromissarios. Si Ordinarii pares, sed dissonas protulere sententias, ea valet, quæ vel minorem continet summam, eò quod in majori summa minor insit *l. 27. §. 3. de recept. arb. l. 110. de R. I.* & ideò si unus condemnat in 15, alter in 10, tertius in 5, prævalere debet condemnatio in 5, quia in eo omnes consenserunt. *d. §. 3.* vel quæ pro reo fertur: Rei enim Actoribus sunt favorabiliores *l. 125. ff. de R. I.* nisi causa alterius partis sit favorabilior, veluti libertatis, testamēti, dotis, &c. *c. ult. extr. de sent. & re jud.* quod sublimitatur, nisi sententia pro parte favorabili militans, sit manifestè iniqua *l. 11. ff. de inoff. testam. Dn. Ludw. in N. W. d. t. de re jud. n. 5. verb. nec uno absente.*

XLII. Si autem Delegati dissonas protulere sententias, utraque est in pendentia, & Delegantis judicium expectandum est, *l. 28. ff. de re jud.* quia cum Delegati non propria sed Delegantis Jurisdictione utantur *l. 1. §. 1. ff. de off. ejus cui mand. &c.* Delegans meritò se interponit, & mitiorem ac minus onerosam, & per quam utrique parti consuli potest, confirmat sententiam *l. 9. l. 56. l. 192. §. 1. l. 200. ff. de re jud. Dn. Lud. de loc.*

XLIII. Quod Arbitros Compromissarios concernit, idem in illis, quod in Judicibus Ordinariis jus obtinet, ut uno absente reliqui arbitrari non possint *l. 17. §. ult. cum l. seq. de recept. arbitr.* licet aliud innuat jus Can. *c. ult. de arbitr. in*

610.

6to. quod tamen jus non sequitur *Reform. Noric.* sed potius jus Civ. *T. 9. l. 7. §. Wo aber der Schiedrichter / 2c.* Hoc speciale in Arbitris est, ut si eorum suffragia numero sunt paria, & sententiæ diversæ, neutra sit valitura quod colligitur ex *l. 17. §. 6. de recept. arbitr.* ideoque remedii loco in *d. §. 6.* Jctus, proponit, ut Prætor duos Arbitros tertium assumere cogat, rationem differentia deprehendes apud *Bach. ad Tr. d. D. 23. th. 2. lit. C. verb. quod si omnes presentes.*

XLIV. 5. Requiritur, ut cœpto judicio sive lite demum contestatâ Judex ferat sententiam, aliàs ipso jure erit nulla *l. 4. C. de sent. & interl. c. un. extr. de lit. contest.* Litis enim contestatio est tanquam angularis lapis & fundamentum judicii, quo deficiente, nihil super ædificari potest. Hinc est, quod dicitur, litis contestationem tanquã initium judicii, quæ non, nisi per petitionẽ in jure propositam & responsionem subsequutam fieri potest, ante omnia præcedere debere, ne eã omisã totus corruat processus *l. un. junct. auth. offeratur C. de lit. contest. c. un. extr. eod. Ord. Cam. p. 3. t. 32. §. und sollen. Gail. 1. obs. 75. n. 1. & seqq.*

V. Requiritur, ut lite demum contestatâ ferat sententiam.

XLV. Et hoc procedit sive Civ. sive Criminalis causa agitetur *l. f. C. ut intr. cert. temp.* nec illud refert, an judicium petitorium an possessorium moveatur. Nam & possessorium litis contestationem desiderare notat *Umm. D. 12. th. 4. n. 12. Dn. Ludw. S. P. 1. c. 16.*

XLVI. Sunt tamen causæ quædam, in quibus litis contestatio non est necessaria, ut 1. causæ spirituales *c. quoniam §. §. porro. extr. ut lit. non contest.* 2. causæ nullitatis notoriæ, nisi altiorem indaginem & probationẽ requirant *Gail. 1. obs. 77. n. 1.* 3. causæ summariæ & extraordinariæ *Clem. sepè contingit. de V. S.* 4. causæ executivæ *d. c. 5. extr. ut lit. non contest. & c.* & generaliter omnes, in quibus libellus non exigitur, cum enim, uti diximus, libellus sit fundamentum



litis, remisso libello, remittitur quoque litis contestatio.
D. Ludw. d. c. 16. Rosb. t. 49. n. 12. Gail. 1. obs. 76. n. 3. Umm. d. D. 12. t. b. 4. n. 12. Formulas litis contestat: exhibet *Rosb. d. t. 49. de lit. contest. n. 35. cum seqq.*

Q. Virum in causis appellationum litis contestatio requiratur. XLVII. Utrum autem in causis appellationum litis contestatio requiratur, quæstionis est satis intricatæ? Quoad jus commune vulgò distingui solet inter appellationem ab interlocutoriâ & definitivâ, ita ut primò casu non sit opus litis contestatione, alterò verò secus, si utraqûe litigans pars præfens fuerit *Gail. 1. obs. 76. n. 1. & licet Myns. 1. obs. 1. n. 1. existimet, nec hîc quid: eâ opus esse, contrarium tamen verius videtur pert. in L. un. C. ne liceat in una. & c. l. 13. C. de Procurat.*

XLVIII. Quod ad stylum Judicii Camerae Imperialis attinet, regulariter in omnibus causis tam in interlocutoriis, quàm definitivis ad Cameraam per appellationem devolutis, litis contestatio requiritur *Ord. Cam. sic novissimè disponente part. 3. tit. 32. §. und sollen. 4. Gail. d. obs. 76. n. 2. Myns. 1. obs. 1. inf. præterquàm si ad Cameraam secundò appelletur, quo casu, ommissa etiam litis contestatione, rectè proceditur. Gail. d. loc. n. ult. Dn. Ludw. in S. P. l. d. c. is. Umm. d. D. n. 13.*

VI. Ut de scripto sententiã recitet. XLIX. 6. A Judice requiritur, ut sententiam de scripto recitet. Non enim sufficit, sententiam in scriptis edi, sed ex scriptis omninò recitanda est *l. 2. & 3. & t. t. C. de sent. ex brevic. recit.* juxta solitum judiciorum ordinem, expresso nomine judicis & litigantium, ita quidem, ut intelligatur, quis Actor sit, quis Reus, aliàs ipso jure nulla erit *d. l. 3. & hoc fortè ideò inductum, ne veritas occultetur, quia posset postea alio modo scribi, quàm fuit voce dictum, uti dicit gl. in Clem. sæpè 2. §. sententiam. verb. in scriptis. de V. S. Dn. Ludw. in N. W. d. t. de re judic. n. 7.*

L. Scriptura autem non constabit paucis literis temerè

merè descriptis *l. f. C. cominat. epist. program.* quod non accipiendum de paucis verbis, nam brevitatis Orationis non viciat sententiam *l. 13. C. de donat.* sed de notis sive signis, i. e. literis singularibus, quarum una posita integrum denotat verbum: ratio est, cum perquam facilis in ejusmodi literis singularibus sit lapsus, indeq; in pronunciando facile error promanare queat.

L.I. Hinc paucissimis eleganter in hunc modum cōcipitur sententia 1. Processus succinctè describatur, puta: *Auff Klage/ gethane antwort/ und ferner Rechtliches einbringen.* 2. Causa breviter exprimatur, *In injurien, schuldsachen.* 3. Partes ac Judices nominantur, *N. kläger an einem/ N. beklagte am andern theil betreffende/ erkennen wir Burgermeister und Rath der Statt N.* 4. Decisionis verba subjungantur: *Auß den acten allenthalben so viel zubefinden/ daß beklagter dem kläger die Libellirte 100. fl. zu bezahlen schuldig/ atq; ita in condemnatoria: in sententia verò absolutoria hoc modo: daß beklagter von angestelter klage billig zuentbinden/ wie wir Ihme dann hiemit absolviren und entledigen.*

L.II. Secus tamen est in modici momenti & vilium personarum causis *Nov. 17. c. 3. Nov. 28. c. 3.* in quibus expresse partium consensu solennitas scribendi omitti potest, *Auth. nisi C. de sent. ex brev. recitand.* Item in causis matrimonialibus: etsi enim sententia non scribatur, ex speciali tamen matrimonii atq; filiorum ex eo procreatorum favore nihilominus valebit *c. Albericus & ibi gl. in verb. scriptis. extr. de testib.* Sic si Episcopus inter suos subditos pronunciat, sententia absq; scriptis proferri potest *d. Auth. nisi.* Plures casus notat *Br. in d. auth. n. 1.*

L.III. An autem hæc solennitas de consensu partium omitti, & sententia sine scriptis proferri possit, inter Dd. dubitatur: Sed *Rosb. d. t. 72 n. 28. cum seqq.* distinctione

hanc controversiam expediri posse putat, quem omnino vide.

*VII. Vt se-
deat, dum
pronunci-
at senten-
tiam.*

LIV. 7. Requiritur à Judice ut pro tribunali sede-
at, dum pronunciat sententiam *Nov. 82. c. 3.* nimirum, ut eò
magis composita tam mente quam corpore justum queat,
proferre judicium. Quod ipsum plenius colligitur ex *l. 6. §.*
f. C. de postul. & d. c. fin. d. sent. & re judic. in 6to. ubi sen-
tentia stando non sedendo prolata nullius dicitur momenti.

LIV. Fallit hoc in interlocutoria, quæ non requirit
plenam causæ cognitionem. Item in iudice timente potē-
tiam partis: Is enim super equo vel ex turri sententiam fer-
re potest, ut notat *gl. ad l. 1. C. de sent. ex brev. recit.* It: li-
mitant, non procedere in causis summaris, ubi de plano si-
ne figurâ & strepitu Judicii fit processus, tūm enim in arbi-
trio iudicis, stando an sedendo pronunciare velit, *Clem. sæpè.*
2. vers. sententiam. de V. S.

*VIII. Vt in
loco solito
& consue-
to profe-
rat sen-
tentiam.*

LVI. 8. Requiritur à iudice, ut linguâ vernaculâ sive
latinâ sive græcâ, sive germanicâ sit *l. 12. C. de sent. & in-
terl. l. 48. ff. de re jud.* in loco solito & consueto, ubi ipsius
antecessores soliti sunt jus reddere, proferat sententiam.
l. 11. ff. de l. & l. 6. C. de sent. & interl. Qui locus olim Co-
mitium, Basilica, hodiè porticus Regia dicitur teste *Justin.*
Nov. 82. c. 3. Et propterea in sententiis solet apponi ista
clausula: Nos talis Judex, sedens pro tribunali, in tali loco,
&c. ubi Curia regi solet, & jus reddi petentibus, &c.

LVII. Limita tamen (1) hoc procedere in Iudice Ordi-
nario, qui habet certam sedem & locum reddendæ justi-
tiæ, secus in Delegato, qui ad tribunal consuetum adstrin-
gi minimè videtur, sed potius deligere locum aliquem ho-
nestum posse existimatur: dummodò congruus sit litiga-
toribus, & sine ipsorum incommodo fieri queat *l. 59. ff. de
judic.* quod tamen intelligo de iudice delegato ad unâ par-
ticularem

ticularem causam, non de Delegato ad universitatem cau-
sarum, quia tenetur servare locum delegantis. *Dn. Ludw.*
in N. W. de re jud. n. 7. verb. Forma autem has est.

LVIII. (2) In Episcopo plures terras in suâ Dioece-
si habente, qui in quolibet Dioecesis suæ loco, ubi repe-
ritur, exercere judicialia potest, *c. cum Episcopus. 7. de offic. or-
din. in 6to. Dn. Ludw. d. loc.*

LIX. (3) Quando necessitas ex peste, metu Tyran-
ni, ruinâ, exurgens aliud suadeat, quo casu, si protesta-
tur, hoc urgente necessitate fieri, Judex alium eligere po-
terit locum *c. statvimus. 13. de off. & potestat. jud. deleg. in 6to.*
*Mar. d. p. 6. de sent. n. 72. cum seqq. ubi plures hujus regulæ fal-
lencias tradit.*

LX. 9. Congruo & præscripto tempore Judex fe-
rat sententiam. Requisita autem congrui temporis sunt, ut
(1) sententia concipiatur durante instantiâ, nam si Judex
ferat sententiam peremptâ instantiâ, quæ in causis Civili-
bus est triennium, in Criminalibus biennium *L. 13. C. de Ju-
dic. ipso Jure sententia est nulla arg. l. 2. ff. judic. solv. L. 13.*
§. 4. de excusat. tutor.

LXI. In Consistorio Imperialis Camerae instantia la-
psu temporis non perit, sed perpetuò durat, prout etiam
de jure Can. *c. venerab. pen. de lud. idq; propter multitu-
dinem causarum Gail. 1. obs. 141. n. 7. Myns. 2. obs. 48.* Imò
etiam in aliis Dicasteriis, & ubiq; ferè locorum horum fa-
talium nulla hodiè habetur ratio. *Gail. d. loc.*

LXII. (2) Ut sententia feratur die Juridico non Fe-
riato, quò abjiciendæ sunt curæ seculares, ut mens libera
Deo serviat impensius *L. 1. pr. & §. 1. ff. de ferii. l. f. §. 1. C.*
eod. c. fin. extr. eod. tit. Feriis tamen favore hominum in-
troductis, ut sunt feriæ vindemiarum & messium, quas e-
tiam extendunt ad tempora seminationis *extratione l. 1. C.*
de

IX. Requi-
ritur ut
congruo
& præscri-
pto tempo-
re ferat
sententiã.
Requisita
congrui
temporis sũt
1. ut sen-
tentiã con-
cipiatur
durante
instantiã.
2. Ut fera-
tur die lu-
ridico non
Feriato.

de agricol. & censit. quarum illarum initium fit à Jur. Civ. 10. Calend. Sept. & durant usq; ad Idus Octobris, harum v. ab 8. Calend. Julii, & durant usq; ad Cal. Aug. l. 2. C. d. t. nisi quid aliud pro veteri consuetudine in aliquo loco observetur. l. 4. ff. d. t. l. 7. in fin. pr. ff. de offic. procons. renunciari potest d. l. 1. §. 1. ff. de fer. quo referri etiam possunt mercatus sive nundinæ solennes & publicæ l. un. C. de nund. & merc. Quales sunt nostro tempore Nundinæ Francof. Lip. & similes. Dn. Ludw. d. S. P. I. c. 10. Rosb. t. 38. de feriis. Bronch. évactio Φ. c. I. ass 27.

LXIII. Minimè tamen valet renunciatio feriarum in honorem DEI indictarum d. l. f. C. de fer. & c. fin. extr. eod. quales sunt I. Dies Dominici l. 2. 7. & f. C. de ferii. II. Dies Natales Domini & dies Epiphaniarum 7 qui præcedunt, & qui sequuntur d. l. 2. & 7. III. Commemoratio Apostolicæ Passionis, totius Christianitatis Magistræ d. l. 7. IV. Quadragesima, quæ tamen in Criminalibus tantùm observatur l. 6. C. d. t. & l. f. §. 1. & 6. C. eod. V. Kalendæ Januariæ. l. 7. §. 1. ex eâ fortè ratione, quia in ea celebratur memoria Circumcisionis Dominicæ. VI. Quindecim dies Paschatos d. l. 7. & 8. C. d. t. & has omnes cum pluribus aliis observat Refor. Noric. T. 6 L. 3. Ratio discriminis, cur illarum non verò harum renunciatio valeat, est, quod feriæ sacræ non in privatorum favorem, sed totius Reipubl. causâ, auctoritate Ecclesiæ, in honorem DEI sint institutæ, eoq; minimè privatorum pactioibus derogari iisdem possit. c. si diligenti. 12. de for. comp. Dn. Ludw. d. loc.

LXIV. Item in Feriis repentinis, quas Princeps ob res benè aut infeliciter gestas, institio indicto, extra ordinem repentinò denunciat. l. 26 §. 7. ff. ex quib. caus. maj. 25 ann. in integr. rest. l. 1. C. de fer. simili ratione receptum est quia non sunt indictæ in favorem partium Dn. Ludw. & Rosb. dd. locis.

LXV.

LXV. Dantur tamen casus, quos necessitas aliave
justa causa, diebus etiam feriatis, tractandos esse suadet: qua-
les sunt omnes, qui summarie & de plano expediri possunt,
ut causa manumissionis, causa alimentorum, pupillorum,
viduarum, & miserabilium personarum: It. causæ, quæ ce-
leritatem requirunt, veluti si res peritura sit, *l. 1. §. f. cum ll.
seqq. ff. de fer.* Nam ubicunque periculum est in mora, rece-
ditur à regulis Juris communis *l. 5. §. 11. ff. de nov. op. nunc.* A-
ctus igitur illi, qui sunt contentiosæ Jurisdictionis & cogni-
tionis Criminalis, solùm exerceri prohibentur festivis die-
bus, non qui sunt Jurisdictionis voluntariæ. *l. 6. C. de fer.
Gail. 1. obs. 53 n. 16. cum seqq. Dr. Luav. d. c. 10. Rosb. d. loc.*

LXVI. (3) Ut interdiu, h. e. tempore matutino, me- ^{3. Ut inter-}
ridiano, vel ante crepusculum publicetur sententia; non ^{diu publi-}
verò noctu *N. 82. c. 3. l. 2. §. 31. ff. de O. l. c. 24 extr. de offic. & potest. cetur.*
jud. deleg. ubi loco rationis additur veritatis testimonium,
qui malè agit, odit lucem. Nisi tamen necessitas aliud sua-
deat, vel res tempore peritura, vel aliud in mora evidens sit
periculum, quibus casibus neque loci neque temporis ratio
est habenda, *uti jam th. preced. dict.* Idem obtinet, si consue-
tudo aliter se habet, vel si ambæ consenserint partes, in hi-
sce enim casibus etiam de nocte sententia lata valet *Mar. d.
p. 6. d. sent. n. 92.*

LXVII. 10. A Judice requiritur, ut citatis ad hoc li- ^{X. Requi-}
tigatoribus, quorum principaliter interest, & de quorum ^{ritur à ju-}
præjudicio agitur, sententiam ferat, *l. 47. pr. ff. d. re jud. l. 7.* ^{dice, ut}
C. quom. & quoad. jud. Gail. 1. obs. 109. n. 1. adeò enim citatio ^{citatis ad}
est necessaria, ut nisi ea adhibeatur, omnis actus Judicialis ^{hoc litiga-}
regulariter nullus sit *§. f. l. d. pæn. tem. litig. c. 11. extr. de pro-* ^{toribus fe-}
bat. & ea omnia, quæ fiunt in præjudicium absentium, sine ^{rat sen-}
citatione nullius sunt roboris *c. 2. & 4. c. 3. q. 9. l. 1. §. 3. ff. que* ^{tentiam.}
sent. sin. appell. quod adeò verum est, ut sententia etiam in

D

favo-

favorem absentis lata, exceptâ solâ Criminali causâ, inva-
lida sit, secundum gl. & Bl. doctrinam ad d. l. 7. C. quom. & quand.
Rosb. t. 30. n. 14. & t. 72. n. 15.

LXVIII. Si non omnes, quorum interest, citati fue-
rint, sententia judicati quid: obtinebit auctoritatem, sed præ-
sentibus tantum non absentibus præjudicabit d. l. 47. ff. de
re jud. Dn Ludw. in S. P. l. c. 7. in med. ferè.

Q. ? An
Præfens sit
citandus ?

LXIX. De Præfente dubitari solet, an & is adhuc
citandus sit? & R. quod non, nam quid necesse est citare
præfentem? cum enim finis citationis sit comparitio l. 29.
§. u. t. ibi: presente: vel ad agendum evocatio ff. de minor. a-
ctus planè esset supervacaneus; actionem tamen proposi-
tam suscipere, ad eamq; respondere non teneri, tradunt
Dd. sed posse tempus ad deliberandum petere, cedere:
ne liti, an contendere velit, arg. l. 1. ff. de edend. Gail. 1. obs.
58. n. 5. & 1. obs. 109. n. 4. Marant. part. 6. de citat. n. 12. Dn.
Ludw. d. c. 7. Rosb. t. d. citat. 22. n. 8.

Q. ? An
Princeps
ex pleni-
tudine po-
testatis po-
terit omit-
tere cita-
tionem?

LXX. Quid de Principe dicendum, poteritne ille
citationem ex plenitudine potestatis omittere? N. cum e-
nim citatio sit defensionis quædam species: Clem. Pastora-
lis. §. caterum. de sent. & re judic. quæ à jure provenit natu-
rali, omninò afferendum, nec Principem citationem omit-
tere posse, si vè ordinariâ viâ sive ex plenitudine potestatis
procedat, ne aliàs parti absenti & inauditæ jus suum aufe-
rat contra naturalem æquitatem. c. susceptis. 1. extr. de causa
voss. & propr. Dn. Ludw. d. loc.

LXXI. Sed hæc quæ de citatione, illam maximè ne-
cessariam esse, diximus, ita generaliter obtinet, fit autem in-
terdum, ut etiam parte, legitimè & peremptoriè citatâ, non
præfente, pronuntietur, quid tum juris, ut pote si ex contu-
macia quis abest, & per malitiam latitet? ibi ad alterius par-
tis instantiam, tribus edictis elapsis, aut uno pro tribus, iudex
senten-

sententiam ferre potest *l. 8. C. quomod. & quand. Jud. l. 3. §. sin a. 3. C. de judic.* & sic hoc casu contumacia absentis Dei præsentia suppletur. *Gail. d. obs. 109. n. 1.*

LXXII. Contumacem autem verum esse constat, qui in dolo est, & cum posset, sese non sistit, eoque apparet, contumacem dici non posse, qui detentus venire non potuit, qualis est, qui adversâ valetudine vel necessariâ absentiae causâ impeditus fuit *l. 53. §. 2. l. 60. ff. de re jud.* hæc enim cum faciat dolum abesse & contemptum cessare, quem Jctus. requirit in *d. l. 53. §. 1.* facit etiam cessare contumaciam, ut sententia absenti non noceat.

LXXIII. Quid autem si Judex morbi ignarus judicaret, valida ne erit sententia? Rectius sentiunt, inter quos est *Duar. ad l. 60. ff. de re judic.* qui indistinctè, sive sciverit, sive ignoraverit Judex morbum, sententiam differendam esse suadent, cum illa dilatio sit ex ipsa *l. XII. tabb. ibi: presentibus ambobus litem addicito.* cujus mentio fit in *l. 2. §. 3. ff. si quis caut. in judic. & c. Umm. d. D. 19. th. 9. n. 37.*

LXXIV. Et hæc adeò vera sunt, ut ne quidem, ad Procuratorem mittendum, possit cogi per *gl. in l. 2. §. 6. ff. d. 1. si quis caut. & c.* intellige quoad diem ipsi ferendæ præstitutum. Nam si morbus est diuturnus, procuratorem ejus nomine mittendum autumo, *arg. l. 53. §. ult. de hered. instit.* ne propter hujusmodi impedimentum perpetuum, jus adversarii opprimatur aut perdat, quod esset iniquum *l. 1. & 2. ff. de in. jus voc. l. 48. ff. de judic. L. f. C. de procur. Myns. 6. 4. obs. 58.*

LXXV. Hodiè Citatio ad audiendam sententiam tam interlocutoriam quam definitivam in Camera non frequentatur, sed sufficit partes ad totam causam & ad singulos actus ejusdem causæ, legitimè citatas fuisse. Proindè facta hinc inde conclusione, absque nova citatione, sententia in

causâ Principali definitivè, vel super emergenti vel inci-
denti controversia conclusa, interlocutoriè pronunciat,ur,
eò, quod sufficiat partes semel pro semper ad totam cau-
sam legitimè & peremptoriè citatas *Myns. 4. obs. 33.* & per
suos Procuratores esse præsentes *c. alia. 1. & c. accidens. 10. de
procur.* quos plenò mandatò ad totam causam instructos
semper esse decet *Ord. Cam. p. 3. t. 12. §. So viel dann: Gail. 1.
obs. 51. n. 10. & d. obs. 109. n. 3.* Si verò generalis illa citatio facta
est per edictum, ad audiendam sententiam definitivam vi-
cissim specialiter citantur, *Myns. 3. obs. 71. in fin.*

XI. Requi-
ritur à lu-
dice ut ju-
dicet quat.
Constitu-
tiõibus, ll.
aut mori-
bus prodi-
tum est?

LXXVI. II. A Judice requiritur, ut in judicando, ceu
Ariadnes filium, sequatur juris constitutionem, & non aliter
pronunciet, quàm LL. & Constitutionibus, aut moribus
proditum est *pr. 7. de offic. Judic. auth. jubemus. C. de judic.
aliàs ipso jure erit nulla, nec appellatione indiget L. 1. §. 2. ff.
que sent. sine appell. rescind. L. 19. ff. de appell. & relat. L. 2.
C. quando provoc. non est necess.*

LXXVII. Quod verum est, si sententia manifestum
Juris errorem contineat, & Judex, ut loquuntur Dd. pro-
nunciaverit contra jus constitutionis, secus si contra jus
partis, vel *ut Zæf. not. in L. 27. ff. de re judic. num. 2.* senten-
tia est nulla, si Judex pronunciaverit contra jus in thesi, se-
cus si contra jus in hypothesis, tùm enim ipso jure valet, sed
per appellationem rescindi potest *d. l. 1. §. 2. que sent. sin. appell.*
v. g. si in causa testamēti à pupillo facti Judex pronunciave-
rit, pupillum rectè testamentum condere potuisse contra *l. 5.
ff. de testam. qualis casus est in d. l. 2. C. quand. provoc. non est
necess.* sententia nullius est momenti: Si verò Judex dicat:
Decernimus Titium posse testari, licet hic Titius fuerit
pupillus, valebit sententia, & in rem judicatam transit *d. l.
1. §. 2. nisi ab ea appelletur;* sibi enim gravatus imputet,
quod appellationis auxiliū, intra legitima tempora omni-
bus

bus patens, neglexerit. Etenim appellatione non inter-
posita, pro sententia semper stat juris præsumtio. *Bach.*
d. D. 23. th. 5. lit. A. Dn. Ludw. in N. W. de re judic. n. 7. verb.
forma autem hac est: circa fin.

LXXVIII. Huc etiam pertinet, quando Judex quid:
condemnavit contra Legem, sed cujus ambiguus erat in-
tellectus, quasi putans ad causam non facere. Facit enim am-
biguus intellectus excusari Judicem à temeritate *l. 32. ff. de*
re judic. Bach. d. loc.

LXXIX. Prædicta extendo etiam ad Consuetudi-
nem & statuta, rationi juriq; naturali non repugnantia,
quæ non solum recipienda sunt, verum etiam in Judiciis
accuratè attendenda, adeò quidem, ut Judex contra con-
suetudinem judicans, litem perindè faciat suam, ac si con-
tra jus commune pronunciaffet *c. venientes. 19. extr. de jure j.*
quia statutum vel consuetudo alicujus loci pro jure com-
muni in eodem loco habetur, & appellatur jus commune
illius civitatis *l. 9. ff. de l. & l. Gail. I. obs. 36 n. 12. & seqq.*

LXXX. Sed quid juris, si Judex contra communem
pronunciaverit opinionem? sunt, qui asserunt tantundem
esse, si in judicando Judex à communi divortium faciat opi-
nionem, ac si contra expressum jus statueret, quod displicet
l. 1. §. 6. C. de vet. jur. enucl. Nam licet communis Dd. opinio &
gl. autoritas non facilè sit spernenda, veritati tamen, Le-
gumque autoritati nihil præjudicat. *Gail. I. obs. 153. n. 6.*

LXXXI. Denique 12. à Judice requiritur, ut post *XII. Deni-*
causæ conclusionem ferat sententiam: *Clem. sepè §. senten-* *que à Ju-*
tiam. ibi gl. d. V. S. c. pastoral. 6. §. consulationi. cum seqq. extr. de *dice requi-*
causa propr. & poss. & maximè si Camerae statum considera- *ritur, ut*
verimus, ubi nulla sententia, ne interlocutoria quid: publi- *post causa*
catur, nisi in causa legitimè conclusum sit. *Myns. 3 obs. 17 n. 5.* *conclusio-*
Conclusum autem dico, quando omnibus juris & facti alle- *nem ferat*
sententiã.



gationibus renunciatur, totaque causa decidenda judici relinquitur *d. c. pastoralis*: nam postea, etsi de novo producentur, admitti tamen non debent *c. cum dilectus. extr. de fide instrum.* nisi evidens aliqua ratio Judicem moveat *Marant. p. 6. de conclus. n. 1. Gail. 1. obs. 107. n. 4. ubi hujus regule vid. exceptiones Rosb. t. 70. n. 1. 10. & seqq. Dn. Ludw. S. P. l. c. 27.*

Respectu litigantiū requiritur ut sint habiles ad standū in iudicio & ibi auscultandā sententiam. LXXXII. Hactenus longā serie, quid respectu Judicis requiratur, perlustravimus, nunc videndum, quid respectu litigantium, (qui & Partes dicuntur, undè nobis appellatio die Partheyen) inter quos est de re aliqua controversia, ut ait *Inst. §. 1. l. de act.* Attenditur autem ut personæ litigantes sint habiles ad standum in iudicio & ibi auscultandam sententiam pro vel contra ipsas latam. Nam qui legitimam personam standi in iudicio non habent, contra illos nec sententia ferri potest. Hinc cum litigare sit de genere prohibitorum, superior regula est tenenda. Omnes sententia pulsari posse, qui non prohibentur.

Frustra pulsantur sententia Pupillus, is. Furiosus. LXXXIII. In numero autem prohibitorum, contra quos propter rationis usum & imperfectum adhuc iudicium frustra sententiam dixeris, sunt Pupillus *l. 1. C. qui leg. pers. stand. in jud.* Furiosus *l. 9. ff. de re jud.* Q? An verò pro furioso sententia lata subsistet? *Dd. magis commun. in d. l. 9. negant,* tùm quod nullum habeat consensum, tùm quod absenti sententia dici non possit *l. 6. §. 3. ff. de confes.* Furiosus verò pro absente reputatur *l. 209. de V. S. Bronch. in avlio q. c. 4. ass. 15.* Quid si pro pupillo, nullum habente intellectum, feratur? nec illam subsistere autumo, quia & infans loco absentis, furiosi instar, habetur *d. l. 209. nec ullus ejus est consensus.* Assimilatur etiam furioso *§. II. l. de inutil.*

Prodigus. LXXXIV. Contra prodigum quoque, cui bonis interdictum est, qui quoad bonorum suorum administrationem, quorum furiosum facit exitum, rectè furioso comparatur,

ratur, frustra fertur sententia, si tamen pro ipso fuerit lata, illam valere existimo, arg. l. 6. de V. O. Servum quod concernit, res dubio caret, cum enim iudicio interesse non possit, nec inter servum & liberum ullum consistat iudicium, nec condemnatio in eius personam subsistet l. 6. & 7. C. de iudic.

LXXXV. Sic quoque sententia lata contra minorem indefensum est ipso iure nulla l. 45. ff. de re iud. Secus est, si omissa aetatis minoris exceptione sententia feratur pro minore indefenso l. 14. & ibi comm. Dd. C. de procur. quia quod favore alicujus introductum est, non debet porrigi ad incommoda vel odium l. 6. C. de ll. Favore autem minorum est receptum, ut in acquirendo & in lucrosis factis habeantur pro majoribus l. 7. C. de contrahend. stip. E. sententia pro minore, & sic in ejus commodum lata, valet, Marant. part. 6. de sent. n. 105. Dn. Struv. d. D. 9. th. 7

*Minor in
defensus.*

LXXXVI. Regulariter igitur contra eum, qui vel suo vel alieno nomine iudicium suscipit, sententia est ferenda. Hinc patet, sententiam in Procuratorem absente domino proferri debere l. 1. C. de sent. & interloc. quia initium obligationis sumitur ex procuratoris persona, & cum eo in iudicio quasi contrahitur l. 11. de O. & A. procuratorq; post litem contestatam dominus litis efficitur l. 23. & 24. C. de Proc. ideoq; merito verba sententiae in personam Procuratoris sunt concipienda l. 9. ff. de dol. mal. & met. except. Executio tamen fit in dominum. l. 4 ff. de re iud.

*Regulariter igitur
contra eum,
qui vel suo
vel alieno
nomine iu-
dicium su-
scipit, sen-
tentia est
ferenda.*

LXXXVII. Excipiunt Dd. causas Criminales, in quibus, quamvis solus litigaverit Procurator, Principalem tamen sententiam pulsari volunt propter l. ult. C. de injur. Verum cum illud in d. l. ult. ratione illustris personae speciale sit, ut apparet, nec enim in causis Criminaliter intentatis, si-ve publicae sint, si-ve privatae, Procurator regulariter intervenire potest, neq; ad agendum l. 15. C. de accus. neq; ad defenden-

sendendum *l. 10. §. pen. ff. de quest.* dicendum fortassis cum *Umm.* in iis causis, in quibus Procurator licitè admittitur, cujusmodi pecuniarias causas esse constat, sententiam quoque in Procuratorem rectè ferri. *D. 19. th. 7. n. 28. Dn. Ludw. in N. W. de procurat. ac defens. n. 5. verb. totius tamen.* Ex-
cipiunt etiam causas matrimoniales, ubi itidem volunt, quasi nec ibi in Procuratorem ferri sententia possit. Sed & hoc displicet *Umm. d. loc.*

LXXXIX. Quid dicendum, si post litem contestatam Procurator accesserit, & à Principali constitutus sit, an & tali casu Procurator sententiâ pulsari poterit condemnatoria? Adhuc procuratorem sententiâ pulsari posse propugno *per text. in l. 31. §. 2. ff. de negot. gest.* propterea quod iudicatum solvi satis dare teneatur, ut maximè post litem contestatam datus sit *l. 42. §. f. l. 46. in pr. de procurat.* & licet contestatione litis Dominus quasi contraxerit, ut potius sententia in eum torquenda esse videatur, per constitutionem tamen Procuratoris hoc jus, quod dominus litis contestatione acquisiverat, in Procuratorem translatum esse, asserendum est, aliàs nec substitutus Procuratoris condemnari posset, neq; actione iudicati teneretur, contra quam observavit *Myns. 1. obs. 43.*

XC. De Jure Canonico indistinctè in dominum sententiam ferri posse docent *Gail. 1. obs. 111. n. 3. & vulgò Dd.* in quam rem adducunt. *c. querelam. 24. extr. de elect. & elect. potestat. c. licet. 9. extr. de probat.* ex quibus tamen difficulter sententia hæc defendi poterit. *Dn. Ludw. S. P. J. d. c. 29.*

XCI. Planè hodiè in Camera *l. 1. C. de sentent. & inter.* non habet locum, & Legalis hæc subtilitas non attenditur; etsi enim ibi causæ non aliter agitentur, quàm per Procuratores, idque ex *Ord. præscriptione part. 1. t. 25.* tamen sententiæ indistinctè in domini personam, sive dominus nunquam

nunquam in iudicio praesens fuerit, siue initio litis comparuerit, litemque contestatus fuerit, concipiuntur, excepta causa injuriarum, ubi sententia in Procuratorem, ad evitandam infamiam, aut pro arbitrio Iudicis, in Principalem ferri poterit. *Gail. d. obs. 111. Myns. cent. 4. obs. 11. Rosb. d. t. 72. n. 19. Dn. Ludw. S. P. J. d. c. 29.*

XCII. Hic etiam venit in quaestionem: An in mortuum ferri sententia possit? quod neg: qui enim in rebus humanis non fuit tempore prolationis sententiae, inefficaciter condemnatur, & sententia adversus eum dicta vires non habet *l. 2. pr. & §. 1. ff. quae sent. sin. appell. L. 59. §. f. ff. de re judic.* *Q. An in mortuum ferri sententia possit?* Et licet defunctus Procuratorem reliquerit, nec in eum ferenda erit sententia, cum ejus mandatum mandantis morte expiret *§. 10. f. de mand.* Nisi lis cum Procuratore fuerit contestata, tum enim non revocatur mandatum, sed Jure Justiniano, in eum, utpote litis dominum, ferenda est sententia *l. 23. C. de Procurat. c. 1. §. 1. eod. in 6to.*

XCIII. In Camera, quando Judici ut Judici de morte partis non constat, sententia, siue pro siue contra mortuum lata sit, subsistit, quando vero post publicatam demum sententiam, per Procuratorem mors partis in Iudicio allegatur, sententia in heredes per interlocutoriam transfertur, uti saepissime in Camera factum meminit *Gail. d. 1. obs. 109. n. 5. Myns. 1. obs. 85. In Recessu Deputat. ita statuitur.* Si constat partem post causam definitivè conclusam decessisse, sententia in procuratorem fertur, aliàs citatio ad reassumendum praecedere debet, *Deputationtags Abschied zu Speyer de anno 1600. §. nach dem auch in zweiffel.*

XCIV. Denique considerandum venit, quid requiratur ad sententiae validitatem ratione sui ipsius. Consideratur autem 1. ut contineat absolutionem vel condemnationem: *l. 1. ff. de re judic.* aut etiam utrumque in diversis articulis *Respectu ipsius sententiae requiritur*

E

articulis

*I. Vt conti-
neat abso-
lutionem
vel condē-
nationem.* articulis *c. 1. extr. de sequest. poss.* In eum enim finem litigantes
in iudicio de re controversa certant, ut eorum unus, vel
Reus, Actore scil. nihil probante *l. 4. C. de edend.* absolvatur,
vel Actore intentionem implente *l. fin. ff. de R. U.* neq; Reo
idoneè quid contra eum excipiente *l. 9. C. de except.* con-
demnetur. Ratio est, quia dici non potest sententia, quæ
non absolvit vel condemnat, quæ non liberat aut obligat
l. 3. C. de sent. & inter. cum iudicium in pendendi relinqui non
debeat. *l. 72. ff. de iudic.*

XCV. Non tamen præcisè verba condemnationis
vel absolutionis requiruntur, propter *l. 40. §. 2. ff. de procu-
rat. l. 21. §. 1. ibi: nihil videri Titium, & c. ff. de recept. arbitr.*
Accedit, quod hodiè tales solennes formulæ, innanes scrupu-
lositates & superstitionis observationes, quas iure ridet
Cic. pro Muren. sublatae sint, *t. 1. C. de form. & impetrat. a-
ctio. subl.* sed sufficit Iudicem in sententia æquipollentibus
verbis uti, ex quibus appareat, alterum condemnare vel ab-
solvere, arg. *l. 5. §. 1. l. 59. pr. ff. de re iudic.* puta: statuo, or-
dino, præcipio: *c. in his. 15. de V. S.* Lex enim certam ex-
pressionem & verborum tenorem hic non exigit *Dn. Ludw.
in N. W. de re iud. n. 7. verb. Forma autè hæc est.* Communiter ita
pronunciatur: daß Beklagter die im Klag Libell specificirte
Gelder Klägern zu entrichten schuldig / und darzu zu conde-
mniren und zu verurtheilen sey / als er dann hiermit darzu conde-
mniret und verurtheilet wird. *Gail. 1. obs. 2. n. 6.*

XCVI. Sic valet sententia hisce verbis à Iudice con-
cepta: Solvat Reus, quod petitum est, vel non video, cur Ti-
tium non condemnem: quia perindè est ac si dixisset, con-
demno. Secus si Iudex diceret, pronuncio Mævium con-
demnandum esse, cum tractus futuri temporis non spe-
ctet ad iudicem *l. 53. ff. de iudic.* aliud enim est condemnare,
& aliud pronunciare condemnandum: talis enim senten-
tia post

tia post se aliam sententiam expectat *Mar. d. p. 6. de sent. n. 125.*

XCVII. Hic se sistit quæstio: Si Judex mittit pro-
cessum ad Consilium Scabinatus & Facultatis cujusdam
Juridicæ, quæ voto suo Sempronium scilicet, condemnan-
dum asserit, & Judex dicat, pronuncio, prout in tali consilio
continetur an videatur ipsum condemnasse? Affir. secun-
dum communem Dd. opinionem: quia talis est mens Ju-
dicis, relata ad Consilium, quod apud nos vocatur: *Seine*
Rechts-Belehrung / ut condemnet, & ita est interpretanda,
ut potius actus valeat, quam pereat. *Mar. de loc. n. 126.*

*Q. Si Ju-
dex mittit
processum
ad Consili-
um. &
Judex pro-
nunciat
secundum
istud Con-
sili-um, an
valeat?*

XCVIII. 2. Ut sit conformis Libello, quod tamen ita
crassè & ruditer accipiendum non est, aliàs semper totum
quod petitur adjudicandum, & Reus semper condemnan-
dus esset, quia Actor in conclusione Libelli semper petit,
Reum condemnari, cum tamen plerumque Judex Reos,
tanquam magis favorabiles, absolvat, præsertim Actore
non probante *l. f. C. de R. U. Dn. Ludw. S. P. A. de c. 29. & in N.*
W. d. t. de re judic. n. 7. verb. Forma autem hæc est.

*II. Ut sit
conformis
Libello.*

XCIX. Sed scilicet regula illa significat, quod Judex
extra metas libelli judicare & vagari non possit *l. 18. ff. comm.*
divid. ubi dicitur, ultra id, quod in judicium deductum est,
potestatem judicis excedere non posse, quò facit *l. ult. C. de*
fideicom. libert. unde rectè infert *Gail. 1. obs. 66. n. 1. & seqq.*
quod sententia lata super inepto libello, ipso jure sit nul-
la, quoniam exindè ipsam quoque, quia extra libellum ferri
non potest, ineptam esse consequitur: *Bach, d. D. 23. th. 3.*
lit. A. verb. Imò amplius.

C. Sit igitur sententia conformis libello 1. quoad
rem petitam, ut Judex de alia re non pronunciet, quàm quæ
in libello petita *d. l. ult. C. de fideicom. libert.* 2. quoad causam,
ex qua res est petita, sic, à quo petuntur 100 ex causa mi-
tui, non potest condemnari in 100, ex causâ depositi. 3.

E 2

quoad

quoad actionem, ut Judex sequatur eam actionem, quam Actor instituit *l. 3. C. de edend.* sive condemnet, sive absolvat. *Bl. in l. 2. C. de sent. ex brevic. recit.* Aliàs si super alia re, vel ex diversa causa, vel per aliũ modum, quàm fuit actum, Judex sententiam dicat, fatuus dicitur, & sententia est de jure nulla *d. l. f. C. de fideicom. libert. Dn. Ludw. in N. W. d. loc.*

CI. Sufficit autem aliquid peti ab Actore vel expressè vel tacitè & virtualiter, inclusum in re petita. Sic fructus post litem contestatam, sive *ut §. 2. l. de offic. Judic.* loquitur, post inchoatam petitionem veniunt in judicium, licet non petantur, qui enim fundum petit, & fructus, licet eorum in libello expressè nulla facta mentio, statim ipsos petiisse censendus est, & de iis Judex, utcunque Actor non petierit, expressè judicare necesse habet. *l. 31. pr. ff. de reb. cred. l. 25. §. 8. ff. de edil. edict. ratio redditur in l. 35. §. 1. ff. de R. V. & in l. 2. ff. de usur. & fruct.* Et hanc tanquam æquitati & rationi consentaneam sententiam in Camera observari tradit *Myns. 4. obs. 55.* maximè, si Actor petierit, debitam sibi justitiam administrari.

CII. Eodem modo Judex, si æquum sibi videatur, victum victori in expensas, cum Judiciales, tum necessarias & utiles, vel ob victoriam causæ *l. 33. §. 3. C. de jud.* vel ob contumaciam *c. 1. de dol. & contum. in 6to.* vel ob retardatum processum *l. 4. C. de fruct. & lit. expens.* provenientes, etiam si à victore petiti non fuerint, condemnare potest *l. 13. §. 3. C. de jud.* ipseq; victus solvere tenetur *c. fin. lit. 5. extr. d. dol. & cont. Rosb. tit. de expens. 78. n. 13. Dn. Ludw. S. P. l. c. 8. & c. 29 Gail. 1. obs. 151. n. 21. Myns. d. loc. Dn. Lud. d. præl. publ. ad l. 13. §. 6. C. de jud.*

Q? Vtrum
Index, de
expensis
expresse nõ
petitis,

CIII. Utrum autem de expensis expressè non petitis pronunciare teneatur, quæstionis est? Et affirmativa de jure comm. verior videtur, propter generalitatem *d. l. 13. §. 6. ibi: condemnandum esse;* quæ non distinguit, utrum de iis in judicio

dicio facta fit mentio nec ne. Contraria tamen sententia est *pronũcia-*
communis & attenditur etiam in Camera teste Gail. d. 1. obs. re tenean-
151. n. 21. Myns. 2. obs. 22. & 4. obs. 55. Quã opinione stante, ex-
pensã censetur satis petiti per clausulas: Super quibus
omnibus peto mihi jus & justitiam administrari: It. Omni
meliori modo: Nam sic pars censetur implorasse officium
Judicis, tam super principali, quã super accessoriis, *arg. l.*
ult. C. de fruct. & lit. expens. Marant. p. 6. de lib. oblat. n. 15. &
seq. Gail. & Myns. dd. loc. Dn. Ludw. d. loc. circ. fin.

CIV. Quamvis igitur, uti ex præced. patet, certum
& regulare sit, sententiam Libello conformem esse debe-
re, excipiuntur tamẽ casus, in quibus aliud, quã quod pe-
titum est, in condemnationem veniat: utpote, si dolo aut
culpã victi res sit deteriorata aut deperdita, æstimatio rei
perditæ est præstanda *l. 18. §. 1. ff. de dol. L. 8. pr. ff. de condict.*
furtiv. ubi enim res dolõ aut culpã debitoris perit, debitor
non liberatur: aut si victus, quod facere debuit, non fecerit,
ad id quod interest, condemnandus est. *L. 68. ff. de R. U. l.*
13. & ibi latè Donell. ff. de re judic. Dn. Ludw. in S. P. 7. d. c. 29.

CV. Coeterum in criminalibus, cum accusator pro-
ponit libellum contra Reum criminis, & petit, eum sic vel
sic puniri, Judex, non attento libello accusatorio, pro mo-
do meriti, non solùm leviolem, verum & majorem, quã
petiit actor, pœnam Reo imponere potest, non est enim li-
bello adstrictus *l. 13. ff. de pœn. Myns. 2. obs. 30. n. 3.*

CVI. 3 Ut sit pura. Neq; enim sub conditione sen- *III. Ut sit*
tentia est dicenda *l. 1. §. 5. ff. quand. appell. sit.* quamvis conditio *pura.*
adjecta injustam potiùs quã nullam sententiam reddat,
arg. d. l. 1. §. 5. ibiq; gl. Non autem promiscuè hoc de o-
mni conditione est intelligendum, ut potiùs hoc proce-
dat in conditione extrinsecã & penitus remotã, qualis est,
quæ non pendet ex actis deductis, nec habet ullam com-

munionem cum causa, de qua agitur, v. gr. Condemno vel absolvo Te si Cæsar venerit Noribergam: Nam sub conditione intrinsecâ, qualis est, quæ ipsi negotio cohæret, & cum causâ communionem habet, v. g. condemno te si juraveris, rectè sententia fertur: *L. 11. C. de sent. & interl.*

CVII. Perperam autem admittitur sententia sub hâc conditione, si probatum: quia hæc sententia non imponit finem controversiæ principaliter in judiciû deductæ, quod tamen fieri debebat *L. 1. ff. de re judic.* deindè sine causâ cognitione videtur lata *contr. l. 2. C. de sent. ex brev. recit.* his accedit, quod invertat ordinem processus, cum nec probationes post conclusionem in causâ, multò minus post sententiam admittantur. *c. pastoralis. 4. de except. l. 2. C. sentent. rescind. non posse. Bronch. d. c. 4. ass. 17.* Nulla item est sententia sub conditione falsâ lata, *arg. l. 37. pr. ff. de exc. tut.* Item sub conditione impossibili. *l. f. ff. qua sent. sine appell. Dn. Ludw. in N. W. de re jud. d. n. 7.*

IV. Vt sit
certa.

CVIII. 4. Ut sit certa: *t. t. C. de sent. qua sin. cert. quant. §. 32. 7. de act.* quoniam Judicis officium est lites dirimere *l. 2. ff. de R. C. & sententiâ suâ finem controversiis imponere. l. 13. §. 2. ff. de recept. qui arb.* quod incertâ vel ambiguâ sententiâ fieri non potest, quæ ob id ipso jure non valet, nec rei judicatæ autoritatem habet *l. pen. & ult. C. d. t. de sent. qua sine cert. quant. Bach. d. D. 23. th. 3. lit. A. verb. Imò amplius.*

CIX. Ideoq; Judex necesse habet certam proferre sententiam, etiamsi de incerta quantitate apud ipsum fuerit actum, ut expressè traditum est in *d. §. 32. Inst. de act.* (& vel hinc apparet *th. 98. de conformitate sententiæ ad libellum sanè esse accipiendam*) veluti ad id quod interest *l. un. C. de sent. qua pro eo quod inter. prof. vel legitima à filio petita fuerit l. 34. C.*

l. 34. C. de inoff. testam. Bronch. miscellan. controu. c. 2. ass. 45. Ex verbis tamen d. §. 32. quantum possibile est: colligunt Dd. esse casus quosdam, quibus etiam incerta sententia valeat, imò non nisi incerta ferri possit, veluti in iudicio universali, puta petitione hereditatis, ubi sententia generalis admittitur, & res demum in executione specificari & liquidari possunt l. 7. ff. si pars hered. pet. Item in actionibus, quibus homo in genere, aut plures res alternativè petuntur, si que rei petitiæ præstatio ex electione debitoris pendeat. Dn. Ludw. in Com. Inst. tit. de act. §. 32. Bach. d. loc. §. 4. lit. A.

CX. Certa autem est sententia non tantum, quando ex sententia apparet, quid, quale & quantum id sit, ad quod reus condemnatur, v. gr. Titium Sempronio in 10. condemnno, sed & quæ continet relationem ad libellum & petitionem Actoris, vel ad instrumentum obligationis, vel ad acta, quæ sunt in processu, eò, quod talis relatio tantum præstet, atq; ipsius rei designatio l. 6. ff. de reb. cred. quia relatum censetur in referente esse. Hinc valet sententia: Restituas Titio, quod habes ex testamento Mævii l. 5. §. 1. ff. de re jud. vel, solve, quantum ab Actore petatum est l. 59. §. 1. ff. d. t. nam ejusmodi sententiis satis definitur, quod in controversia positum erat, ubi tamen Dd. communiter requirunt instrumentum, ad quod Judex se refert, in iudicium produci debere, cum propter l. 3. C. de sent. quæ sine cert. quant. cum etiam, quia aliàs lata esset sententia sine causæ cognitione. Bach. d. loc.

CXI. Incerta sententia est, solve quod debes l. 21. §. 3. ff. de recept. arbitr. Bona, quæ accepisti, restitue. l. ult. C. de sent. quæ sine cert. quant. Omnem debiti quantitatem, cum usuris competentibus solve, l. 59. §. 2. ff. de re jud. & talis, cum incertum sit, quid debeatur, nullius est momenti, Arum. D. ad w. 21. §. 3. Cum id autem exactis, vel aliunde appa-

appareat, vel usurarum quantitas ex Jure intelligatur, uti ex Constitutione publica des; Deputation-Tags zu Speyer/ constat, in nostra Republ. quia 5. pro 100. debentur, ejusmodi sententiam subsistere, extra omnem dubitationis aleam positum est.

Q. An Judex incertam sententiam possit declarare?

CXII. Solent etiam hic Dd. quærere, utrum Judex possit sententiam incertam à se latam declarare, sicut Actori licet in libello obscuro? Quod affirm. si sententia sive definitiva sive interlocutoria contineat aliquam obscuritatem *l. 46. ff. de re jud.* Nam qui declarat, nihil de novo dat vel facit, sed datum vel factum significat vel declarat *l. 21. vers. si quid post. 1. ff. qui test. fac. poss.*

V. Non contineat notoriam iniquitatem.

CXIII. 5. Ut non contineat notoriam iniquitatem, aliàs erit nulla, uti patet ex *c. inter cæteros. 9. extr. de sent. & re jud.* Dicitur autem notoria iniquitas, quando nullâ ratione in dubium vocari potest: veluti, si sententia contineat, appellationem esse desertam ob lapsum termini, quæ nondum cessit. Secus si iniquitas non sit notoria, tunc enim valet, & debet rescindi per appellationem, nam tunc dicitur esse contra jus litigatoris *l. 1. §. 5. ff. quæ sent. sin. appell. rescind. l. 11. C. de appell.* Sententia quoq; nulla erit, si error calculi in eo esse dicatur *l. 1. §. 1. ff. quæ sent. sin. appell.* Sic nulla est sententia, quæ lata est contra naturalem rationem & æquitatem. *Ord. Cam. p. 2. t. 28. §. Item nachdem.*

Finis Sententia.

CXIV. Finis sententiæ est ipsa litis decisio *l. 1. ff. de re jud. c. 2. extr. h. t.* Et si uspiam, fanè hic verbum, *properandum: l. 13. pr. C. de Jud.* à Judicibus quàm diligentissimè est observandum, ne lites, vitæ hominum modum excedentes, in multos annos excrescant, & penè fiant immortales. Cui præsentissimo malo, cum præprimis hisce turbulentissimis & terribis temporibus litium multitudine in-

do indies in tantum accrescat, ut vix dijudicari queant, nervum hæc nostra, suum cuiq; tribuendo, injicit sententia, quæ litium decisionem & controversiarum terminationem, tanquam scopum exosculatur a vidè *l. 6. C. de appell. d. c. finem litibus. s. extr. de dol. & contum.* Finem hunc, sententia communem habet cum juramento litis decisorio, transactione, & si qui sunt alii, litem finientes, modi.

CXV. Quibus positis ad sententiæ delabimur effectum. qui I. est, quod post decendum, quod secundum comm. Dd. opinionem nec expresso partium consensu prorogari potest, transeat in rem judicatam, i. e. consequatur vim & auctoritatem rei judicatæ, nobis in Ihre *würcklichkeit gehen / auth. sed hodie. c. de appellat.* ita ut nec prætextu erroneæ computationis instaurari *l. 2. C. de re judic.* nec ob reperta noviter instrumenta revocari *l. 4. C. de re judic. l. un. C. de error. calc.* nec appellari ab ea postmodum, quàmvis iniqua videatur, possit. *Nov. 23. c. 1. Nov. 119. c. 5.* nullus enim aliàs esset litium finis *d. l. 2. C. de re judic.* cum tamen sententia, *uti th. preced. ostendit.* ad lites finiendas sit comparata. *Dn. Ludw. in S. P. l. d. c. 29.*

Sententia effectus.
l. Quod post decendum transeat in rem judicatam.

CXVI. Sententia igitur tempore provocationis elapso, primùm transit in rem judicatam, & propriè ac strictè loquendo res judicata dicitur. Respectu vero Judicis, sententia statim res judicata dici potest, utpote, quæ ex ipsius mente ac proposito finem accepit, quò sensu accipitur *l. 14. C. de appell. l. 7. & l. 11. ff. de transact.* sententiam enim suam revocare aut mutare nequit, quippe semel, sive benè sive malè, functus est suo officio. *l. 55. ff. de re jud.*

CXVII. Excipiuntur varii casus, in quibus sententiam in rem judicatam Dd. transire negant, puta, si instrumentum repertum ostendat in causâ decisâ, jam ante contrariam sententiam latam esse, quia tùm posterior ipso jure

F

nulla.

nulla. Sic si instrumenta reperta dolo adversarii intercepta fuere, quò minus produci potuerint *l. 9. C. de transact* plures videre licet apud *Marant.* qui 40. numerat *d. specul. aur. p. 6. de sent. n. 130. cum seqq.* inter quos tamen plures sunt, in quibus sententia ipso jure est nulla, ut notat *Umm. d. D. 19. th. 11. n. 49. Dn. Ludw. in N.W. d. t. de re jud. n. 8. verb. ob instrumenta.*

Q. ? Si Iudex ex consilio peritiorum proferat sententiam, an eam retractare possit, si peritiores producantur contrarium statuentes.
CXVIII. Hic se sistit quæstio, quæ sicco pede non est prætereunda: Si Iudex ex consilio expertorum sive peritiorum proferat sententiam, an eam retractare possit, si peritiores producantur, contrarium statuentes? Aff. id Dd. comm. nonnulli disting. utrum sapientes vel periti sint à Iudice electi, an verò non, illo casu sententiam transire volunt in rem judicatam, hoc verò non; E contrario nonnulli etiam hanc distinctione rejectâ, negant, quæ opinio & mihi probabilior videtur, aliàs nunquam daretur litium finis. *l. 2. C. de re judic. & sic semper esset incertus rerum eventus, & causæ status mutabilis. l. 13. C. d. t. Zæf. de re jud. n. 107.*

Q. Si quis in judicio instrumenta non produxerit, à sententia lata retractari possit?
CXIX. Quæritur etiam hic: Si quis probabili ignorantia impeditus in judicio instrumenta non produxerit, an sententia lata retractari possit? Affir. *Duar. ad l. 35. ff. de re jud.* sed contrariam sententiam veriore existimo, idq; tum propter generalitatem *ix. d. l. 35. ff. de re jud. l. 4. C. eod.* tum quod facile ignorantia prætendi possit, & eludi summa rerum judicatarum autoritas, accedit, quod jus quæsitum, quod sententia tribuit, alteri auferri nequeat, etiamsi in mortis articulo injustè à se sententiâ prolatam Iudex dixerit. *Myns. 4. obs. 60. Bach. ad Tr. d. D. 23. th. 5. lit. D. Dn. Ludw. in N.W. de re jud. n. 9. verb. ob instrumenta.*

CXX. Quod si tamen is, contra quem judicatum est, ante sententiam de impedimento protestetur, & quod instrumentorum adhuc copiam habere non possit, per hanc protestationem tutus erit, & licet succumbat per sententiam,



tiam, quodocunque postea inveniatur, est audiendus, ut docet *Myns. d. 4. obs. 60.* Sic sententia rescinditur propter testamentum, vel ut generalius dicam, propter ultimam dispositionem de novo repertam, idque patet ex generalitate *d. l. 35 ff. de re jud. l. 4. C. eod.* cum & testamentum instrumentum sit. *Dn. Ludw. d. loc.*

CXXI. Secundus sententiæ effectus est, quod Judex sententiam semel latam mutare vel corrigere nequeat *d. l. 55. l. 62 ff. de re jud. l. 2. C. de sent. & interl.* quod tamen ita absolute positum minimè procedit, ut potius hinc disting. sit inter Judicem Ordinarium & Delegatum, inter sententiam ipso jure nullam & subsistentem, inter definitivam & interlocutoriam.

CXXII. Judex igitur aut tulit sententiam ipso jure nullam, aut subsistentem. Priori casu potest eam mutare, deque eodem negotio ex integro cognoscere, & quod optimum erit, statuere *l. 59. in f. ff. de re judic.* quia non potest dici Judex officio functus per sententiam nullam. *l. 1. C. de sent. & interl.* In arbitrio autem & optione est gravati, utrum nullitatem ejusve querelam coram eodem Judice, an verò coram superiore Judice appellationis conqueri velit per *l. 4. C. de accusat. & inscript.* Quod posterius etiam in foro receptum dicit *Gail. 1. obs. 127. n. 6. & 7.* præsertim si nullitas ex malitia & injuria aut turpitudine Judicis promanaverit, ne ipse suæ malitiæ & iniquitatis cognitor existat, & aliàs gravatus ad Judicem gravantem non sit remittendus *Gail. d. loc.*

CXXIII. Posteriori casu Judex sententiam ipso jure subsistentem, etiam injustam, revocare, corrigere, rescindere aut mutare non potest *l. 14. ff. de re jud.* propterea, quod Judex cum ipsa sententia Jurisdictionem omnem exuit, & Judex esse definit, qui semel officio suo functus, sive justè sive injustè pronunciaverit *d. l. 55. ff. de re jud.* adeò, ut etiam si

Q. An rescindatur sententia propter testamentum de novo repertum?

II. Quod Judex sententiã semel latam mutare vel corrigere nequeat.



perperam judicaverit, non possit tamen, ne quidem eodem die iterum judicare *l. 62. ff. d. t.* Interest enim Reipubl. conservari rerum judicatarum auctoritatem.

CXXIV. Licitum tamen Judici est, actorum verba, vel obscura interpretari, vel ambigua explicare, vel inepta etiam emendare, tenore sententiæ durante, quin etiam, si quid omissum supplere, si ad intelligentiam actorum, aut consequentiam statutorum pertineat, eodem tamen die *l. 45. cum l. seq. ff. de re jud. Zæf. d. t. n. 104.*

CXXV. Interlocutoriam quod concernit, Judex eam, ad definitivam usque regulariter revocare potest *l. 16. ff. de N. O. N.* quod enim Prætor jussit, vetuitve, contrario imperio tollere & remittere potest *d. l. 14. ff. de re jud.* ratio est, quia judex manet, & ad definitivam usque ejus durat officium *l. 55. ff. de re jud.* Facit huc etiam *l. 9. C. de sent. & interl.* ubi dicitur, quod interlocutio non perimat causam. Secus est in interlocutoria, vim definitivæ habente, quam definitivæ instar ex identitate rationis mutare nequit *Dn Ludw. in N. W. de re jud. n. 10. verb. in interloc. Bach d. D. 23 th. 1. lit. E.*

CXXVI. Et hæc, quæ hæctenus de retractanda sententia dicta sunt, procedunt in Judice Ordinario, is enim nisi definitiva sit ritè prolata & valida, pro arbitrio potest corrigere, augere & minuere sententiam, aliter se res habet in Delegato, latâ enim sententiâ, ejus Jurisdictio est finita. *c. in lit. 9. extr. de offic. deleg. & notio, quàm primum pronuncia- vit, statim expirat, ideoque si ratione sententiæ quid immu- tandum, id alteri judici denuo delegari debet. l. 4. C. quomodo & quand. lud. sent. prof.*

III. Quod
jus tatum
faciat in-
ter liti-
gantes.

CXXVII. Tertius sententiæ effectus est, quod jus fa-
ciat tantum inter litigantes *l. 2. & 4. C. quib. res jud. non noc.*
Nam etsi Res judicata pro veritate habetur, *l. 20. ff. de R. J.*
ratio tamen dicitur, hoc ad alios, quàm inter quos judica-
tum est,

tum est, porrigi non posse, ne per alterum alteri iniqua conditio inferatur, nevé res inter alios acta, alteri obsit, cui etiam non prodest, *juxt. l. 1. & t. t. C. res int. ali. act. vel jud. & c.* Sæpè enim constitutum est, res inter alias judicatas, aliis non præjudicare. *L. pen. pr. ff. de re jud.* ratio est, quia sententia est stricti juris, & proinde strictè interpretanda, quantumq; fieri potest, restringenda. *Bach. d. D. th. lit. E. Dn. Ludw. in S. P. J. d. c. 29. circ. fin.*

CXXIX. Et hoc verum est quoad absentes & causam inter alios agi ignorantes. Iniquum enim est quenquam alieno facto onerari, ubi nihil est, quod ei imputari possit, cur ita actum aut judicatum fuerit. *l. 27. pr. ff. de procurat.*

CXXIX. Quoad tertium verò, litem inter aliquos agitari scientem & patientem, distinguendum est. Aut enim propriam actionem & defensionem habet, aut actio sive exceptio, quam alius movet, ipsi primò & principaliter competit.

CXXX. Priori casu idem dicendum, rem inter alios actam ipsis non præjudicare *d. l. pen. vers. scientibus. ff. de re jud.* Exemplum habemus in heredibus debitoris, quorum unus convenitur altero sciente; Item in duobus heredibus creditoris, quorum unus agit & vincitur: Hic sanè sententia adversus unum, vel creditoris vel debitoris heredem lata, alteri non præjudicat *d. l. pen. cum quilibet propriam actionem vel defensionem habeat, & propterea à tertio prohiberi nequeat, quò minus utatur arg. l. 21. C. mand.* Actio enim inter coheredes dividitur. *L. 1. C. sic cert. petat. Dn. Ludw. in S. P. J. d. c. 29. in fin. & in N. W. de re jud. n. 9. verb. nam regulariter.*

CXXXI. Posteriori verò casu diversum respondeamus, si nimirum is, cujus sunt primæ defensionis rei controversiæ partes, patitur aliam agere, præjudicium sustinebit:

nebit: exempla suppeditat nobis *d. l. pen. vers. scientibus. ff. de re jud.* Primum huc referre lubet: veluti si Creditor patiatur experiri debitorem de proprietate pignoris. Ita legit editio Florentina, quam etiam Gothofr. & Basilica confirmant, & pro eadem militant verba in *d. l. pen. vers. cur autem. ibi: qui autem priorem dominum*: cum debitor, non verò creditor dominus pignoris sit *Bach. & Dn. Ludw. dd. locis.*

CXXXII. Porro sententia tertio indistinctè nocet, siue sciverit, siue ignoraverit causam inter alios agi, quando nimirum ejus jus & actio à jure experientis, tanquam sequela & accessorium pendet, dummodo illi, qui egerunt invicè, legitimi contradictores vel defensores fuerint, i. e. primas in ea controversia obtinuerint partes. Exemplum tradit *l. 8. §. pen. ff. de inoff. test.* ubi, si ex causa inofficiosi pronunciaverit Judex contra testamentum quasi injustum, nec fuerit provocatum, ipso jure rescissum est, idq; Legatariis præjudicat, qui legata ex testamento petere nequeunt. Quanquam hodiè *propter Nov. 115. c. 3. & auth. ex causa. C. de liber. prator.* testamentum per querelam inofficiosi, quoad heredis institutionem infirmatur, quoad reliqua verò capitula nempe legata & fideicommissa salvum maneat.

CXXXIII. Anceps hic etiam decidenda illa venit controversia: An sententia super feudo contra Vasallum lata, agnatis cæterisque successoribus, ex prima investitura vocatis, non citatis & ignorantibus præjudicare possit? Aff. castra sequor, quia penes Vasallum est potestas litigandi de jure suo feudali *c. si de feud. def. §. si Vasallus. 2. Feud. 26. c. un. de controvers. inter Vasall. & ali. de benef. 2. F. 43.* & sufficit illi denunciari, ad quem prima causa & negotium principaliter pertinet. *L. 1. §. 12. ff. de ventr. inspici.*

CXXXIV.

CXXXIV. Quartus deniq; sententiæ effectus est, quod non modo exceptionem rei judicatæ, sed etiam actionem pro satisfactione sententiæ pariat. Competit autem exceptio ei, qui iudicio vicit vel absolutus est, quâ se tuetur, si contra Judicis auctoritatem, de eadem re, & ex eâd. causa rur sus conveniatur §. 5. *J. de except. & l. 1. ff. de except. rei judic.* ratio hujus exceptionis est, quoniam & post rem judicatam tota adhuc manet obligatio, tam quoad æquitatem naturalem *l. 60. ff. de condiot. indeb.* quàm quoad vinculum juris *Civ. d. §. 5. J. de except.* sine quo nulla competere potest actio, cum sola naturalis obligatio actionem nullam pariat *l. 7. §. 4. ff. de pact. Dn. Ludw. ad d. §. 5.*

IV. Quod non modo exceptionē rei judicatæ, sed etiā actionem pariat.

CXXXV. Actio verò judicati Actori datur, ad persequendum id, in quod Reus à Judice condemnatus est *l. 4. §. 3. l. 6. §. ult. & alibi. ff. de re jud.* in continenti quid: in iudicio reali, condemnatus statim rem cum fructibus & omni causa restituat, si res illicò restitui possit §. 2. *J. de offic. jud. l. 9. ff. de R. U.* Quod si verò justam dilationis causam habeat, tempus ipsi ad restituendum indulgendum est *d. §. 2.* ita tamen, ut de litis æstimatione fidejussoribus datis caveat, si intra tempus præfinitum rem non restituerit *d. §. 2. & l. 11. ff. de R. U.* In actione verò personali, post quatuor demum menses à tempore latæ sententiæ condemnatus tenetur satisfacere iudicato, quod ipsi humanitatis gratia jure communi indultum est *l. 2. & 3. §. 1. C. de usur. rei judic. Bach. d. D. 23. §. 1. lit. F. & G. Rosb. d. t. de Judic. 4. n. 49. Dn. Ludw. Comm. ad §. 2. Inst. de offic. judic.*

CXXXVI. Affinia sententiæ ratione litis decidende sunt Transactio, cujus non minor auctoritas, quàm rei judicatæ *l. 26. C. de transact.* Jusjurandum *l. 2. l. 31. ff. de jurejur.* maximum illud litium finiendarum remedium *l. 1. ff. eod.* Compromissum, quod ad similitudinem iudiciorum red-

Affinia Sententia.



redactum, ad lites decidendas pertinere dicitur *l. i. ff. de recept. arb. Laudum*, & si quæ sunt alia.

Sententia contraria. CXXXVII. Tandem de sententiæ contrariis erit agendum. Judicium enim per sententiam finitum, sequitur, hæc vel illâ parte in illa non acquiescente, sententiæ ab effectu rei judicatæ suspensio vel oppugnatio. Contraria autem sententiæ cum sint plurima, principaliora tantum coronidis loco referimus. Eorum igitur i. est Nullitas, quæ est remedium, quo ob vitium aut defectum sive transgressionem processus & solennitatum, sententia nullius roboris ac momenti dicitur *l. i. §. 2. & 3. & t. t. ff. quæ sent. sine appell. & C. quand. provoc. non necess.* Nam quoties in formam iudicii seu processus peccatum est, toties sententiam nullam esse, nullitatis beneficio intenditur, *sapè. d. l. 4. C. de sent. & interl.* Est itaq; sententia ipso jure nulla, vel ratione personarum in iudicio litigantium, vel ratione processus, vel deniq; ratione ipsius sententiæ, de quibus omnibus cum jam supra, ubi de causa efficiente, materiali & formali sententiæ egimus, latè diximus, ne crambembis coctam proferre videamur, ulterius ea hic repetere superfedemus.

CXXXIIX. Et hanc nullitatem, cum sit commune auxilium, ob publicam causam introductum, quod nemini denegari debet, quilibet etiam tertius pro suo interesse vel principaliter vel incidenter proponere potest *Gail. 1. obs. 70. Rosb. d. t. de nullit. sent. 72. n. 2.* Locumq; toties habet, quoties defectus aliquis est, etiam unicus ad iudicium legitimum, siquidem nullitas, vel ex unico substantiali neglecto, committitur. Undè tot sunt nullitatis proponendæ remedia, quod sunt processus iudicarii requisita necessaria.

CXXXIX. Dixi vel principaliter vel incidenter nullitatem proponi posse. Et quidem principaliter, cum per se, sepa-

se separatim, sententia ut nulla oppugnatur, puta, si in petitione dicatur, sententiam esse ipso jure nullam, ejusque rescissio petatur absque, ulla appellationis intentione. Incidenter, si secundarie atque unà cum appellatione nullitas proponitur, ut, dico sententiam nullam, & si qua est, appello. Et hoc casu debet nullitas unà cum iniquitate simultaneo processu tractari & expediri: Nisi manifesta nullitas ex actis prioris instantiæ appareat, quo casu debet etiã ante litē contestatam, & ex officio super ea pronunciari, uti in Camera: etiam observatum meminit *Myns. cent. 4. obs. 63. Rosb. d. 1. 72. n. 5. cum seqq. Dn. Ludw. S. P. 7. c. 30*

CXL. Ubi disquiritur? An sententia sit nulla, si à Judice pecuniã corrupto sit lata? *Aff. l. 7. C. quand. provoc. non est nec. c. cum ab omni. 10. extr. de vita & honest. cler.* Hinc Justitia virgo incorrupta dicitur, & veteres judicum statuæ, manibus carentes, ponebantur.

CXLI. Fatale hujus nullitatis de jure communi Dd. constituunt spacium 30 annorum, quæ tamen assertio videtur restringenda ad eas actiones & causas, quæ 30 annos durant, quoniam si brevioribus vel longioribus terminis finiuntur, etiam facultas agendi de nullitate sententiæ, secundum illud tempus regulatur. Nam sententia tam diu potest dici nulla, quam diu durat actio, uti notat *Bach. ad Tr. V. 2, D. 33. th. 5. lit. C. d. D.* Et hanc sententiam, videlicet remedium nullitatis, non excludi præscriptione 30. annorum, in Cam. quoque receptam testatur *Gail. 1. obs. 127. n. 8. Dn. Ludw. in N. W. 1. qua sent. sine appell.*

CXLII. Aliud obtinet, si statuto vel consuetudine tempus certum ad deducendas nullitates, pro usu Reipubl. constitutum sit & præfixum, uti de jure provinciali Sax. fatale hoc est restrictum, & ad allegandam nullitatem, spacium 6. septimanarum concessum. Sic in Camera Imperiali

G

id



id nuper est sublatum, & nullitatis dictio ad decendum est restricta. Reichs-Abschied zu Regensburg de anno 1654. § in dem auch nunmehr / zum zehenden / 20. 121.

CXLIII. Interim sententiæ executionem impedit, & inhibitiõ à superiori fieri potest. Quod tamen cum distinctione admittendum: aut enim de nullitate constat notoriè, & in continenti probari potest, ut altiori indagine opus non habeat, & tùm impeditur executio, aut non est notoria, nec statim probari potest, sed indaginem requirit, & tunc executio, nullitatis prætextu, impediri nequit, ob magnam rei judicatæ autoritatem, pro qua, tùm quoad justitiam, tum quoad processum præsumitur *c. cum inter. 13 in f. extr. de sent. & re jud. c. sicut nobis. 16. in f. eod.* & ita in Camera Imperiali determinatum fuisse testatur. *Myns. 4. obs. 64.*

Quid Appellatio?

CXLIV. 2. Appellatio, quæ est querela, propter gravamen Judicis inferioris ad superiorem gradatim delata *Nov. 23. c. 4. in princ.* ut sententia injusta corrigatur & in melius reformetur. *l. 1. pr. ff. de appell. & quod in priori instantia prætermissum est, suppleatur & deducatur. l. 6. §. 1. C. d. t. l. 4. C. de temp. & repar. appell.*

CXLV. Competit omnibus, qui per iniquitatem in judicio gravati sunt *d. l. 1. ff. de appell. l. 30. c. 1. c. 3. causa 2. q. 6.* sive suo sive alieno nomine in judicio versentur *l. 4. §. f. l. 27. ff. d. t.* Sed & tertius non condemnatus, si sententiam retractari ejus intersit, rectè appellat *l. 4. §. 2. d. t. l. 2. §. 1. ff. quand. appell. sit. Gail. 1. obs. 122.* quâ ratione placuit, pro condemnato ad supplicium quemvis appellationem interponere posse *l. 6. ff. de appell.* quasi omnium intersit, innocentes defendi, & hominis, hominem beneficio affici *l. 7. ff. de serv. export. Dn. Ludw. in S. P. l. d. c. 32.*

CXLVI. Excipiuntur, qui appellationi renunciarunt, vel aliàs ante sententiam, se non usuros provocatione professi

professi sunt l. 1. §. 3. ff. à quib. appell. non lic. quique ob id, quod contumaciter emanferunt, condemnati sunt, l. 73. §. f. ff. de iudic. It. qui spontè confessi & convicti simul sunt, l. 2. C. quor. appell. nō recip. vel etiam tantum confessi, propter c. cum special. 61. §. porro. extr. de appell. & c. Rom. Eccles. 3. si autem in 6to. eod. Du. Ludw. in S. P. I. d. c. 32. it. in N. W. t. de appell. recip. vel non. & c. verb. confessum tamen.

CXLVII. Concedenda autem de Jure Civili appellatio, cum remedium sit saluberrimum & defensionis species l. 1. ff. de appell. in omni causa, sive Civilis sive Criminalis sit l. 6. ff. d. l. 29. 30. C. eod. sive magna fuerit sive exigua l. 20. C. de appell. Bronch. miscell. c. 2. ass. 74. nisi tamē causa infra legitimā appellandi quantitatem fuerit N. 23. c. 3. ubi usque ad X. librarum auri quantitatem nulla penitus post definitivam sententiam, appellatio porrigenda est. Olim in Cam. Imperiali appellationes non recipiebātur, si summa appellationis infra quin, uaginta florenos Rhenenses erat, ita disponente Ord. Cam. p. 2. t. 28. §. 4. quæ summa postea in Comitibus Spirensibus anno 1570. ad 150. florenos fuit extensa: Hodiè appellari non posse, nisi summa sit trecentorum florenorū, ostendit Deputations Abschied zu Speyer de anno 1600 §. wiewohl nun / vers. derowegen dann. Salvo tamen jure statuum.

CXLVIII. Inter illos hāc vice tantum prodeat incluta nostra Respubl. Norimb. quantis enim privilegiis à Gloriosissimis Impp. Carolo V. Maximil. I. & Friderico IV. de non appellando à suis Judiciis ad Cam. Imper. prædita fuerit, cernere licet apud Wehner. in tr. de mod. appell. in Cam. Imper. c. 7. voce Nürnberg p. 202. cum seqq. quæ etiam patent ex d. Refor. Nor. 7. 10. L. 3. & T. 1. l. 4. & 5. §. was auch und wie: ob hanc solummodò causam, ne perditæ seditiones nasceren-

tur, ut potius subditi intra gyrum obedientiæ salutari se-
veritate continerentur, aliaq; incommoda evitarentur.

CXLIX, Non autem interest, definitiva sit sententia,
an interlocutoria de Jure Can. *c. cordi nobis: 1. c. Romana.*
3. §. si verò vocatis. de appell. in 6to. c. eum qui. 2. de dol. & con-
tum. in 6to. quod jus etiam sequitur Refor. Noric. d. T. 10. L.
1. & 2. De jure verò Civili à sententia definitiva tantum ap-
pellare conceditur, sive justa & certa, sive injusta, modò ea
valida sit: nam ab invalidis & nullis frustra appellatur, *t. t.*
quand. prov. non est necess. ab interlocutoria appellatio non
procedit, nisi vel vim definitivæ habeat, & alia definitiva
non speretur *l. 39. pr. ff. de minor. vel gravamen aliquod*
succeffivum & irreparabile in se contineat, l. 2. ff. de appell.
recip. Bach. ad Tr. V. 2. D. ult. 0. 1. lit. F. & G. & 0. 5. lit. E. Dn.
Ludw. in S. P. 7. d. c. 32. & in N. W. ad tit. de appellat. n. 8.
verb. hoc casu etiam. Bronch. d. c. 2. ass. 73. Quam Juris Civil.
constitutionem etiam Cam. Imperialis in decernendis pro-
cessibus sequitur, ut hâc ratione malitiis & calumniis mul-
torum occurratur, qui à quovis prætenso gravamine ap-
pellare solent, tantum ut litem principalem extrahant, & ad-
versarios maximis sumptibus defatigent, ut docet *Gail. 1.*
obs. 129. & 132. n. 4. Myns. 4. obs. 43. Ord. Cam. p. 2. t. 28.
§. fin.

Quid Sup-
plicatio?

CL. 3. Supplicatio, quæ est querela de gravamine
eius Judicis, à quo appellare non licet, superiori, & non-
nunquam etiam eidem Judici gravanti exhibita, *l. un. C. de*
sent. pref. prator. l. 5. & auth. seq. C. de precib. Imper. offer. Des
putation Abschied zu Speyer de anno 1600. §. es soll aber den uns
terthanen unbenohmen seyn Dn. Ludw. S. P. 7. d. c. 33.

CLI. Supplicare igitur permittitur omnibus, qui sen-
tentia Judicis se gravatos existimant, in iis verò demum cau-
sis, in quibus appellatio locum habere nequit, nam tunc, ex
quo

quo cessat remediū ordinariū, scil. appellationis, admittitur extraordinariū, scil. supplicationis *Dn. Ludwell. d. loc. Rosb. t. de supplic. 76. n. 3.*

CLII. Causas, in quibus appellatio locū nō habet, hic intelligimus vel ratione Judicis, à quo propter dignitatis eminentiam vel privilegium, vel factam prohibitionem appellare non licet, vel ratione causæ ipsius, si nimirum statuto vel privilegio causa ad certam summam sit restricta, intra quam appellare non licet, & in his casibus supplicationi est locus, in cœteris verò casibus, ubi non potest appellari de jure communi, ibi nec potest supplicari, *t. t. ff. & C. de appell. recip. vel non. Dn. Ludw. d. loc.*

CLIII. Hinc contra sententiam, quæ ob intermissam appellationem in rem judicatam transiit, non erit admittenda supplicatio *l. 2. & 3. C. ut lit. pend. & c.* Cum enim appellationi, quàm Juris communis beneficium esse constat, amplius hâc in parte locus non sit, multò minùs supplicationi, utpote remedio extraordinario, locus erit, *c. quod ad consultationem: 15. extr. de sent. & re judic. Rosb. d. t. n. 11.* nec adversus gravamen vel interlocutoriam, sed solum adversus sententiam definitivam supplicare licet *d. l. 2. C. ut lit. pend. Dn. Ludw. d. c. 33.*

CLIV. Tempus supplicationis, si porrigatur Judici, est decendium. Imperatori enim intra biennium supplicare licet *d. auth. quæ supplicatio: C. de percib. Imper. offer. d. l. un. C. de sent. pref. prator.* ubi tamen nota: si intra decendium supplicetur, non aliter executio permittitur, nisi victor satsidet de restituendo, si sententiam priorem retractari contingat, *tx: est expressus in d. auth. quæ supplicatio. C. d. t. secus est, si intra biennium, tùm enim etiam si victor non satsdederit, non suspenditur sententiæ executio, d. auth. & N. 119. c. 5. Myns. cen. 6. obs. 15. Rosb. d. t. 76. n. 10. Dn. Ludw. S.P. J. d. c. 33.*

G 3.

CLV.

CLV. Gravamen autem super quo fundari debet supplicatio, desumendum est, non ex sententiæ iniquitate, quia turpe esset & incivile, allegare iniquitatem tam præclari Judicis, sed supplicans allegare debet negligentiam suam propriam, & petere veniam proprii erroris, non juris, sed facti, vel accusare circumventionem adversarii, *l. 17. ff. de minor. Rosb. d. t. n. 17. Marant. p. 6. t. de appell. n. 22.*

Quid Leuteratio?

CLVI. 4. Est Leuteratio, sive sententiæ declaratio, in quibusdam Germaniæ Curiis, maximè verò fori Saxon: recept. estq; remedium, introductum ad hoc, ut declaratione sententiarum gravamina, errore fortè, negligentia, vel etiam imperitia, cum partium litigantium, cum Judicis illata, quæ aliàs per appellationem magno negotio vix tolli possunt, hâc brevi sæpè manu, paucisq; sumptibus reparentur & revocentur. *Rosb. tit. de declar. sentent. 77. n. 2.*

CLVII. Dividitur Leuteratio in primam & secundam, quæ dicitur Oberleuteratio h. e. declarationis declaratio. Fieri autem debet intra 10. dies post publicatam sententiam, perindè ut appellatio. In hoc enim comparantur Leuteratio & Appellatio, licet differant, quod appellationes ab uno ad alium, Leuteratio verò nõ nisi ab eodem ad eundem Judicem fiat. Formam petendi declarationem sive leutationem sententiæ, ut & excipiendi contra leutationem *vid. ap. Rosb. d. t. 77. n. 7. & 8.*

Quid Revisio?

CLVIII. 5. Est Revisio, ex benignitate & clementia descendens, quâ in Camerâ læsis, per Commissarios & Consiliarios Spectabiles Imperatoris & Statuum Imperii ad id deputatos, & peculiariter missos, succurritur, quibus alio beneficio subveniri non poterat, adversus sententiam sine dolo quidem, non tamen sine errore & culpa latam, ut tradit *Benderus tr. de Revis. conclus. 1.* Remedium est extraordinarium, eo fine introductum, ut videl. Judex & Asses.

Assessores Camerae eò diligentiores sint, & metu revisionis sententias suas non præcipitent, sed deliberatè & sincerè proferant. *Ord. Cam. p. 3. t. 5. in pr. Reinck. de Regim. Secul. & Eccles. l. 2. cl. 2. cap. 15. n. 4. & 5.*

CLIX. Peti debet Revisio in scriptis ab Archi Episcopo Moguntino, tanquam Imperii ArchiCancellario. *Ord. Cam. p. 3. d. t. 53.* nisi ipse Moguntinus, aut alius contra ipsum revisionem petat, tum enim Elector Trevirensis est ad eundem *N. A. zu Regensburg de anno 1594. §. Als uns auch & quidem spatio bimestri ante Calendas Majas, d. Ord. Cam. p. 3. t. 53.* Quod tempus postea ex arduis causis extensum ad 3. menses *N. A. zu Regensburg de anno 1557. §. Wiewohl ferner inhalt. ibi: und die zeit in diesen fällen bis auff die 3. monat zu ersträcken sey.* Incipit verò tempus hoc currere à die factæ insinuationis. *Ord. Cam. d. t. 53. Reinck. d. loc. n. 7. & 10.*

CLX. Beneficium autem Revisionis petens, tenetur, adversà parte ita postulante, juramentum calumniæ præstare, *Deputations Abschied zu Speyer de anno 1600. §. und obwohlen hierbey in errinnerung. hõc factõ,* Ordinationis Constitutione sic jubente, certam pecuniæ summam, pro arbitrio & discretionem Dominorum Visitorum, perpensis personarum causarumq; circumstantiis, ante coeptam Revisionem in eventum confirmatoriæ sententiæ, deponat, necesse est, aut datis fidejussoribus & pignoribus sufficienter & idoneè caveat, ne temeritas provocantis impunita relinquatur, *d. Ord. Cam. t. 53. §. und damit. Guil. 1. obs. 154. n. 1. Reinck. d. lo. n. 11. 12. & 13.*

CLXI. Sed quid de pauperibus, qui hisce destituuntur mediis, dicendum? In tali casu adjuratoriam cautionem admittuntur, quia in defectu fidejussoris, juratoria cautio locum habet, *l. 1. §. 2. C. de adsert. toll. §. sed hodie. 2. l. de satis d. & poena pecuniaria in corporalem convertitur, juxta illud*
tricum.

critum: *qui non habet in aere, luat in corpore*, & ita etiam observatur in *Cam. teste Gail 1. obs. 155. n. 4.*

CLXII. Deposito ita juramento, utraq; pars causas gravaminum unico scripto, ex prioribus saltē actis deponere & comprehendere necesse habet, partibus enim aliquid novi introducere non permittitur, ne potius renovatio actorum, quàm revisio esse videatur *Gail. 1. obs. 154. n. 2.* quō factō Revisores diligenter acta revident & perpendunt, quibus ponderatis, sententiam priorem vel reformant vel detrectant, vel confirmant *d. Ord. Cam. t. 53. §. Darauff solen alsdann.*

CLXIII. Quanquam autem Revisio hæc primitus tantum contra sententiam Camerae Imperialis fuerit concessa, passim tamen & in Judiciis inferioribus, ut Herfortiæ, Mindæ, & alibi postea fuit recepta, ut testatur *Nobiliss. Dn. Hahn ad Wesf. t. de re jud. n. 10.*

*Quid in
integrum
restitutio?*

CLXIV. Deniq; 6. est Restitutio in integrum, quâ ex justâ causâ, pro sententiâ rescindendâ, officium Judicis imploratur, & lis in pristinum statum restituitur, *l. pen. ff. de in integr. restit.* Remedium est extraordinarium, & ob id non nisi ex prægnanti causa, deficientibus aliis omnibus remediis, conceditur.

CLXV. Impetrant hoc beneficium omnes, qui sunt circumscripti, tam majores, quàm minores: Hi quidem ob lubricum ætatis, *l. 1. l. 4. & t. t. C. si adv. rem. jud.* Illi verò, propter adversarii dolum & metum: Item, si in absentia necessaria & probabili contra ipsos pronunciatum sit *l. 1. ff. ex quib. caus. maj.* & quidem adversus quamvis sententiam, quâ se gravatos existimant, *Dn. Ludw. in S. P. f. c. 33.*

CLXVI. Illam verò petenti est præscriptum tempus legitimum, quod olim erat annus utilis. Hodiè quadriennium est continuum à die sententiæ contra majorem latæ, si ve-

si verò sit contra minorem, ex die quo major est factus cõ-
putando *l. f. C. de temp. in integr. restit. Dn. Ludw. d. loc.*

CLXVII. Latus hìc datur campus in executionem
excurrendi, cum sese invicem quasi vinculo connexa con-
sequantur sententia, res judicata, & deniq; rei judicatæ ex-
ecutio: Frustra namq; feruntur sententiæ, nisi latæ de-
mandentur executioni. Sed ne in tædiosam prolixitatem
excrescat Disputatio, consultò illam intermittere, quàm
pauca de ea proferre malo. Sufficiant igitur hæc, quæ di-
ximus, de utilissimâ & latissimâ hâc sententiarum materiâ,
quam non pro ejus dignitate, sed ingenii imbecillitate, in-
stitutiq; ratione mihi tractandam sumsi.

Sit

SACRO-SANCTÆ TRIADI
Laus, Honor & Gloria
in sempiterna secula!

COROLLARIA

De quibusdam casibus conscientia.

I.

AN Princeps salvâ conscientia, hominibus facinorosis
legitimè à Judice sceleris ac crimine convictis, gratiam
delicti facere, sicq; lege mitior esse possit? *N.*

I I.

Utrum Princeps salvâ conscientia, personarum respectu
habito, mitius summo loco natum, quàm plebeium punire possit? *N.*

I I I.

An defensio, vel usq; ad internecionem aggressoris, adhi-
bito tamen moderamine, de jure divino sit licita, adeoq; etiam
in foro poli excusabilis? *A.*

H

An

I V.

*An ommissio forma vitiet actum in foro conscientia, ita ut
testantis voluntas ex testamento imperfecto, minus q̄, solenni, ab
heredibus impunè sperni & contemni possit? N.*

V I I.

*An in foro conscientia possit Frater vel alius Consanguineus
licite instituere extraneum, & praterire Fratrem suū? N.*

V I I I.

*An quis salvâ conscientia possit rem suam cariùs vendere,
vel alienam minoris emere, quàm reverà in se valet? N.*

TEmpore jam exclusus verbis breve dicere votum
Cogor, cui jubeat pondus inesse DEUS!
ESTO DECUS SANCTÆ THEMIDOS, BENE VIVITO. verba
Sufficiunt voto sex quatuorve pio.

deproperab.

ERNESTUS CREGEL D. Juris Publici
P. P. & Reip. Norib. Consiliarius.

CONRADUS FALCNERUS,

Ipsius Themidos Sententiâ

ἀναγκασιωτάτην

Nunc cursa ad flores!


Nunc frondent silvæ, nunc formosissimus annus:
Certè FALCNERO, cui mox sacra labra Themistos
purpureos flores spondebunt, semper apricos,
flores optatos summorum juris honorum.
Cursa igitur, FALCNER, properanter, & Alite fausto!
Ecce Themistos honoris flores, floris honores!

F.

Clarissimo Domino Candidato Compransori
gratulabundus

M. LUCAS FRIEDERICUS Reinhard / S S.
Theol. P. P. & Eccl. minister.

So


D recht / mein wehrter Freund! so laß dein Vaterland
 die ädle Früchte sehn / die dir mit voller Hand /
 Nach ungezählter Müß / auf Pindus schönen Spizzen /
 Wo Söbus / und sein Volk / die Musen / ewig sitzen /
 Die Zeit hat zugebracht! dieß dein Verstandes Kind
 Und Zeuge / diese Schrift / darinn die Gaben sind /
 die demen klugen Sinn / als ihren Vater / zieren /
 gar deutlich abgebildet / wird deine Sache führen /
 Und sagen / wie die Zeit / die ädle / deine Braut /
 die dir der milde Gott so treulich anvertraut /
 Auff heut und gestern? Nein, auf ewig / dir gefallen /
 Und wie du ihrer Zier vor andern Nymfen allen
 So fleißig aufgedient: daher Gott deine Treu
 Und so redlich lobt / und legt dir frölich bey
 die lang erwünschte Frucht / den Ruhm der hohen Gaben /
 den Preis der Wissenschaft: Wie / wann die Eltern haben
 die Tochter / ihre Freud / an einen Mann gebracht /
 der Sie / wie selbst sein Herz und Seele / nimm in acht /
 Das treue Vater Herz kaum gnugsam kan erdanken /
 womit der Endam sey / der liebe / zu beschenken /
 So macht es Gott mit dir. Doch ist dies nur ein Zeit
 des Lohnes / den er gibt: um eine kleine Weil
 Setz dich dein Vaterland in die verdiente Ehren /
 die Ehren / die dir schon viel billiger gehören /
 als Manchem / der darin schon manches Jahr gepränge
 Was aber / Freund / das dich zu schreiben hat verlangt
 Von solchem / welches pflegt den Richtern zu gebühren /
 vom Urteil / vom Bescheid / und was dir zu berühren
 Von solchen Sachen mehr in dieser Schrift beliebt?
 Wie? ob du uns / dir Gott wo zu verstehen giebt /
 wozu du seyst bestimmt: dem Volke Recht zu sprechen /
 den Frommen fürzustehn / der Bösen Sinn zu brechen?
 Es ist ein sweres Amt / doch wird es wehrt geacht /
 auch Fürsten haben sich hiedurch berühmt gemacht.

Ich wüñdsche / was dir lieb: Gott kröne dich mit Segen /
Und laße Feind' und Neid sich dir zu Füßen legen /
Glück / Ehre neben dir: und weils doch einst muß seyn /
So stelle bald bey dir sich eine Venus ein!
Doch: hab' Ich nicht zuvor von deiner Braut geschrieben?
Läßt dir das Recht wol zu auff einmahl zwo zu lieben?

Zu Ehren
Seinem hochgeehrten und vertrauten
Freunde
mit flüchtiger Feder aufgesetzt
von
Ulrich Herbers / Liefländern.

DUM FALCKNERE doces, quid sit *Sententia*, doctæ
sensa Tuæ monstras mentis & ingenii;
Quàm benè, cum quasvis nôris decidere lites,
Consultus dici Juris & esse queas.
Humani generis sacra jura tuere saluti,
vimq; arce & structum fraude nocente dolum.
Respiciet Te Diva Themis, Tibi florea nectet,
& vehet excelso Te Tua fama loco.

Amiciss. gratulationis ergò
scrips.
MICHAEL Im Hoff.

F I N I S.


00 A 6387


ULB Halle 3
002 916 592



10 17







DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

5

DE
SENTENTIIS

QUAM
PRÆSIDE DEO TER OPT: MAX:
DECRETO ET AUCTORITATE
MAGNIFICI ET NOBILISSIMI FACTOR.
ORDINIS ALMÆ ALT DORFFINÆ,

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE
HONORIBUS, DIGNITATIBUS AC PRIVI.
LEGIIS DOCTORALIBUS RITE
ADIPISCENDIS

Placidæ Eruditorum Censuræ subjicit

Ad D. 29. Martij

CONRADUS FALCKNER
LAUFA-NORICUS.

ALTDORFFI

LITERIS GEORGI HAGEN UNIVERSITATIS
TYPOGRAPHI,

A. O. R.
clō loc LX.